1.

Innocenz III. setzt den Abt Walter von Corbie gemäß der Entscheidung des Kardinallegaten G(uala) von S. Maria in Portico ab und lässt ihn mit der Herrschaft Widooie versorgen, kassiert die widerrechtlich erfolgte Wahl des Priors von Argenteuil Johannes, setzt ihn aber als Abt ein und trägt dem Bischof (Gottfried) von Senlis, dem Abt (Johannes) von (Saint-Pierre in) Lagny(-sur-Marne) und dem Domdekan (Stephan) von Senlis auf, für die Durchführung dessen zu sorgen und Prior, Mönche und Priorate mit dem Rat des Abtes zu disziplinieren.

Lateran, 1210 Februar 23.

Reg. Vat. 8, fol. 1^{r}–2^{r} <Nr. 1>.

Bosquet 1, Nr. 1 = Baluze II 405, Nr. 1 = Migne, PL, 216, 193, Nr. 1. — Comp. IV 5. 1. 3; Coll. Fuld. 5. 1. 3; X 5. 1. 22. — S. unten Abb. I. — Potth. Reg. 3916; Bréquigny, Table chronologique, IV 465. Vgl. Kéry, De plenitudine.

.. Siluanectensi episcopo[1] et ..[a] abbati Latiniacensi[2], Paris(iensis) diocesis, et .. decano Siluan(ectensi)[3].

Ad[b] petitionem Galteri[c], quondam monasterii Corbiensis[d] abbatis[4], dilectis filiis magistro[e] scolarum[5] et magistris R(oberto) de Corzon[6] et[f] P(hilippo ?)[7] canonicis, Nouiomensibus, eiusdem loci a nobis dudum correctione commissa ipsi bis ad idem monasterium accedentes quibusdam correctis ibidem nonnulla, que statuenda fuerant, statuerunt inquisitionis instanciam quorundam impediente malicia retardando, ad quorum contumaciam reprimendam seculare intendebant brachium invocare. Verum dilectus filius noster G(uala), sancte Marie in Porticu diaconus

---

1. [a]) *Gemipunctus über der Zeile.* [b]) *Am Rande:* Cap(itulu)m Ad petitio(nem) De acusatio(ni)b(us) *(X 5. 1. 22).* [c]) *Bosquet passim:* Vvalter- *bzw.* Vv.*; so auch Migne.* [d]) *Bosquet, Migne passim:* Corbeien-. [e]) *Bosquet:* .... Magistro. [f]) *Fehlt bei Bosquet.*

1. [1]) Gottfried (II.), B. von Senlis (Suffr. von Reims) 1185–1213, gest. 1214. Vgl. *Gallia Christiana* X 1405–1409.

[2]) Johannes (I.) Britel, Abt von Saint-Pierre in Lagny-sur-Marne (Ben.-Abtei, Diöz. Paris, Dép. Seine-et-Marne) 1188–1215. Vgl. *Gallia Christiana* VII 499f.

[3]) Stephan (III.), als Domdekan von Senlis bezeugt 1187–1211. Vgl. *Gallia Christiana* X 1457f.

[4]) Walter, als Abt von Corbie (Ben.-Abtei, Diöz. Amiens, Dép. Somme) bezeugt seit 1200. Vgl. *Gallia Christiana* X 1278.

[5]) Vielleicht Thomas, als Magister scholarum von Noyon bezeugt 1210, 1206 ist „T.“ genannt. S. Br. IX 181 (182, 183). Vgl. *Chartrier Saint-Yved* 289, Nr. 147.

[6]) Robert von Courson, Domkanoniker von Noyon (Suffr. von Reims) und Paris, Lehrer der Theologie in Paris 1204–1210, 1212 KP. von S. Stefano in Celiomonte, gest. 1219. Vgl. Dickson, *Robert de Courson*, bes. 67–83; Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 175–179; ders., *Kardinalskollegium*, 157f.

[7]) Vielleicht der Domkanoniker von Noyon Ph(ilipp?), Empfänger des a pari-Briefs IX 181 (182, 183) vom November 1206, bzw. Magister Ph(ilipp?) von Naris, päpstlicher Delegat 1200/1208. Vgl. Müller, *Delegationsgerichtsbarkeit*, II 310, Nr. 173.

cardinalis, tunc apostolice sedis legatus[8)], interim ad idem [veniens][g)] monasterium supradicto Galtero presente nec reclamante super statu monasterii memorati cepit inquirere diligenter et, cum inquisitione finita predictum Galterum Parisius[9)] evocasset propositurum contra inquisitionem eandem, si [quid][h)] rationabiliter duceret proponendum, idem G(alterus) presenciam eius adiens allegavit, quod in monasterii correctione procedere non valebat, que predictis iudicibus prius fuerat auctoritate nostra commissa, et cardinalem ipsum ex iustis causis se asserens habere suspectum vocem ad nos appellationis emisit. Porro cardinalis inspectis hiis, que probata fuerant contra eum, de[i)] consilio peritorum ipsum amovit a regimine abbacie dando fratribus eiusdem loci liberam facultatem alium eligendi. Qui dilectum filium Iohannem, abbatem Corbeiensem, tunc priorem de Argentolio[10)], virum providum et honestum, elegerunt concorditer in abbatem[11)].

Cum autem dictus G(alterus) postmodum ad sedem apostolicam accessisset asserens se per cardinalem ipsum quorundam falsis suggestionibus circumventum ab abbacia sine rationabili causa remotum, nos eiusdem cenobii tranquillitati paterna sollicitudine providere volentes venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo[j)] Remensi[12)] et Atrebatensi[k)] episcopo[13)] dedimus in mandatis, ut ad compositionem inter eumdem G(alterum) et substitutum ei darent studium et operam efficacem; alioquin tam per iamdictum legatum quam per alios inquirerent diligencius veritatem et eam nobis usque ad festum sancti Remigii proximo tunc venturum[14)] fideliter intimarent, ut per eorum relationem certiores effecti procederemus in eodem negocio, prout procedendum utilius videremus. Qui[l)] cum super reformatione pacis proficere nequivissent, sicut ex litteris eorum accepimus, processerunt ad inquirendum super premissis omnibus veritatem testibus ab utraque parte receptis et ea, que tam per se quam per cardinalis[m)] inquisitionem invenerant, nobis sub sigillis propriis transmiserunt.

Nuper autem prefatis G(altero) atque I(ohanne) in nostra propter [hoc][n)] presencia constitutis idem G(alterus), quod a legato post appellationem ad nos interpositam

---

[g)] *So Bosquet und Migne.* [h)] *So Bosquet und Migne.* [i)] *Darüber ein kleines Kreuz als Verweis auf die Randnotiz, vor der ein weiteres kleines Kreuz steht:* Card(inalis) p(ro)nu(n)tiat d(e) c(on)silio p(er)itor(um). [j)] *Bosquet:* .... Archiepiscopo. [k)] *Bosquet:* .. Attrebatensi. [l)] *Am Rande:* Mandatur informari et informat(i)o(nem) remittere. [m)] cardinales; cardinalis *bei Bosquet und Migne.* [n)] *So Bosquet und Migne.*

[8)] Guala Bicchieri, KD. von S. Maria in Portico 1204, KP. von S. Martino 1211–1227, 1208/1209 Legat in Frankreich. Vgl. *DBI* 10 (1968) 314–324; Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 141–146; ders., *Kardinalskollegium*, 148–150; Vincent, *Letters*, bes. XXXI–XLIX.

[9)] Zum Verhandlungsort Paris vgl. Kéry, *De plenitudine*, 95, Anm. 18.

[10)] Johannes (III.) von Cornillon, Mönch in Saint-Denis (Ben.-Abtei bei Paris), Prior von Argenteuil (Ben.-Priorat von Saint-Denis, Diöz. Paris, Dép. Val d'Oise) ab 1204 (vgl. *Dict. HGE* 14 [1930] 26, 31), Abt von Corbie 1209–1221. Vgl. *Gallia Christiana* X 1278f.

[11)] Zur Wahl des Johannes vor dem Februar 1209 unter Aufsicht des vom Kardinallegaten entsandten Abtes Gervasius von Thénailles (seit Februar 1209 Abt von Prémontré) s. Epistolae Gervasii (ed. Hugo) 2, Nr. 1; vgl. Kéry, *De plenitudine*, 95f., Anm. 22.

[12)] Alberich von Humbert, EB. von Reims 1207–1218. Vgl. Desportes, *Fasti III: Reims*, 156–158; Baldwin, *Government*, 182f.

[13)] Radulf von Chapeau Cornu aus der Dauphiné, B. von Arras (Suffr. von Reims) 1203–1221. Vgl. *Gallia Christiana* III 329; Delmaire, *Arras*, I 165; Delmaire, *Testament*.

[14)] 13. Januar 1210.

factum fuerat, petiit revocari[15], allegans, quod, cum correctio monasterii fuerit iudicibus memoratis iniuncta et ipsi quibusdam correctis et nonnullis statutis ibidem aliorum correctionem ex causa duxerint racionabili differendam, cardinalis interim de iure non potuit procedere ad eandem, cum generale mandatum non deroget speciali[16]. Ad[o] quod fuit ex adverso responsum, quod, cum G(altero) presente nec reclamante ad inquisitionem processerit cardinalis, idem G(alterus) videtur in hoc tacite concensisse[17], ut inquisitione facta corrigeret cardinalis, que corrigenda videret. Contra quod idem G(alterus) taliter proponebat, quod, licet statim, ut cepit inquirere cardinalis, non duxerit reclamandum credens eum nolle procedere contra ipsum, sed absque sui gravamine aliquid in ecclesia utiliter ordinare, postquam tamen evocatus ab ipso cognovit, quod adversus eum procedere intendebat, eius declinavit examen ad nostram audienciam appellando. Proposuit insuper pars adversa, quod, cum predicti iudices omisissent in monasterii correctione procedere ac periculum traheret ad se mora, cardinalis ipse, ad [quem][p] spectabat[q] ex iniuncto sibi legationis officio cura eius, ad reformationem ipsius loci interponere potuit partes suas[r]. Cum enim secundum iuris[s] civilis auctoritatem in illis etiam casibus, in quibus solempnis ordo iudiciarius observatur, in criminali causa ultra biennium a contestatione litis non sit eius instancia protrahenda[18] et nos quoque consulti, quamdiu delegatus a nobis, qui[t] sententiam tulerat, iurisdictionem suam interponere valeat, ut sentencie * pareatur, respondisse noscamur[19], quod usque ad annum integrum iurisdictionem sibi commissam ad exequendum sentenciam valeat exercere, dictis iudicibus differentibus in correctione procedere, cum iam decem et septem menses[u] essent[u] elapsi, ex quo noscuntur mandatum apostolicum recepisse, ac de criminibus, licet non criminaliter ageretur, correctioni non inmerito cardinalis insistere[v] potuit memorate. Sed[w] ad hoc altera pars respondit, quod hoc colorem excusationis haberet, si predicti iudices a legato commoniti ad correctionem procedere neglexissent; in quo casu eorum forte deffectus per diligenciam potuisset legati suppleri, sicud de metropolitano in canonibus legitur, quod tunc demum ea potest facere, que ad suffraganeos pertinent, cum illa suffraganei negligunt adimplere[20].

* fol. 1v

Hiis igitur et aliis, que utraque pars proponere curavit, auditis et[x] inquisitione utraque, cardinalis videlicet et archiepiscopi et episcopi predictorum, [diligenter][y]

---

[o] *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* [p] *So Bosquet und Migne.* [q] *Bosquet:* exspectabat. [r] *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* [s] *Am Rande zwei schief liegende Kreuze und:* Cri(min)alia ultra bienni(um) n(on) audiunt(ur) a c(on)testatio(n)e litis. [t] p(er); qui *bei Bosquet und Migne.* [u–u] *Bosquet, Migne:* essent menses. [v] *Das erste* -s- *korr. aus* -c- *von späterer Hand.* [w] *Davor ein Paragraphenzeichen. Am Rande eine Klammer.* [x] *Fehlt bei Migne.* [y] *So Bosquet und Migne.*

[15] Digesten 49. 5. 6; 49. 7. 1. 1; 49. 1. 16 (Ed. Mommsen 826, 823); Codex 7. 62. 3 (Ed. Krueger 320f.); *Decretum Gratiani* C. 2 q. 6 c. 31 § 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 477); *JL* 16585; Böhmer–Schmidt, *Regesta Imperii*, 602, Nr. 1220 (Clemens III.) = Alan. 1. 3. 1 = Alan. K. 1. 3. 1 = Comp. II 1. 2. 8 = Coll. Dunelm. II 137 = X 1. 3. 12 (Friedberg, *CorpIC*, II 20f.).

[16] Vgl. Digesten 48. 19. 41; 50. 17. 80 (Ed. Mommsen 817, 870); *JL* 12293 (Alexander III.) = Comp. I 1. 2. 1 = Comp. I 2. 20. 12 = X 1. 3. 1 (Friedberg, *CorpIC*, II 16). Vgl. Kéry, *De plenitudine*, 97.

[17] Vgl. vielleicht Digesten 19. 2. 13. 11; 50. 17. 142 (Ed. Mommsen 251, 871).

[18] Vgl. Codex 9. 44. 3 (Ed. Krueger 390).

[19] *Potth. Reg.* 3865 = Alan. 1. 13. 1 = Comp. III 1. 18. 5 = X 1. 29. 26 (Friedberg, *CorpIC*, II 170). Zur Datierung vgl. von Heckel, *Gilbertus — Alanus*, 147.

[20] Vgl. *Decretum Gratiani* C. 9 q. 3 p. c. 21 (Friedberg, *CorpIC*, I 612).

inspecta intelleximus ex depositionibus iuratorum, quod, cum tempore promotionis ipsius G(alteri) octo milium librarum debito monasterium gravaretur et non multo tempore post idem debitum usque ad duo milia librarum fuerit diminutum, nunc tamen usque ad sex milium librarum summam excrevit, cum, sicud prius contigerat, de proventibus monasterii debitum pocius diminui debuerit quam augeri, nisi rectoris incuria obstitisset. Et quamvis ad excusationem suam proposuerit idem G(alterus), quod propter expensas factas in causa, quam contra Cluniacense monasterium habuit[21)], in qua quendam prioratum evicit, idem fuerat debitum augmentatum, fuit tamen ei ex adverso responsum, quod propter expensas illas debitum interim augmentari non debuit, cum propter hoc possessiones[z)] quasdam eiusdem obligaverit prioratus, maxime cum in eiusdem prosecutione[aa)] negocii vix expense fuerint mille libre. Adiecit etiam dictus G(alterus), quod occasione cuiusdam domus, quam in villa Corbeie[22)] de novo construxerat, debitum supradictum excrevit. Ad quod pars adversa respondit, quod ex proventibus monasterii expensas huiusmodi facere potuit absque onere debitorum, presertim[bb)] cum propter hoc non modicum auxilium a burgensibus fuerit eidem impensum. Preterea cum ex confessione ipsius G(alteri) constiterit, quod in capitulo prestiterat iuramentum, ne debitum de[cc)] novo contraheret, ac postea contraxerit debitum contra iuramentum proprium veniendo, sicud testes deponunt, argui de periurio videbatur. Ad quod idem G(alterus) hoc modo respondit, quod, etsi primo huiusmodi prestiterit iuramentum, postea tamen quoddam fuit[dd)] in capitulo factum constitutum[dd)], per quod iuramentum ipsum extitit relaxatum. Sed contra hoc pars altera replicavit, quia, cum non constiterit, quod per tale statutum revocatum fuerit iuramentum, et appareret eundem G(alterum) non solummodo[ee)] iuramentum de debito non contrahendo prestasse sed venisse postea contra illud manifeste, ipsum[ff)] liquebat[ff)] reatum periurii incurrisse, sed et ipsius insufficiencia et negligencia dissoluta videbantur[ee)] manifeste probari, et quamquam aliqui testium eum, quantum in se, dixerint[gg)] esse bonum, nulli tamen depposuerunt expresse, quod utilis esset eius provisio monasterio sepedicto.

Cum ergo nobis de talibus fuerit sufficiens in tali negocio facta fides, propter que prefatus G(alterus) erat merito amovendus, etsi restituendus foret propter iudiciarium ordinem non servatum, ob causas tamen predictas ipsum providimus manere privatum regimine abbacie, Iohannem nichilominus supradictum, quem pro eo, quod prefato G(altero) propter iuris ordinem non servatum quodammodo inordinate remoto intelleximus ob eandem causam per consequenciam minus legitime substitutum, per sentenciam amoventes. Quem[hh)] quia non propter persone vicium vel defectum, sed propter iuris sollempnitatem[ii)], sicud premissum est, pretermissam amovimus, ipsum postmodum restituimus in abbatem et memorato G(altero) in loco, qui

---

[z)] *Das erste* -ss- *korr. aus* -c- *von späterer Hand.* [aa)] *Bosquet:* persecutione. [bb)] *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* [cc)] *Am Rande zwei Punkte und ein Strich.* [dd–dd)] *Bosquet, Migne:* factum fuit in Capitulo constitutum. [ee–ee)] *Am Rande eine Klammer; am rechten Rand drei Punkte und ein Strich.* [ff–ff)] *Bosquet, Migne:* liquebat ipsum. [gg)] *Bosquet:* dixerunt. [hh–hh)] *Am Rande eine Klammer und*: Datur p(ro)visio abbati deposito. [ii)] sollepnitatem.

[21)] Von einem Rechtstreit zwischen den Abteien von Cluny und Corbie während des Abbatiats von Walter ist nichts bekannt.

[22)] Corbie, Arr. Amiens, Dép. Somme.

dicitur Giudoc[jj, 23)], cum pertinenciis suis in Imperio constitutis iussimus provideri, ita videlicet, quod ibi cum uno Corbeiensi monacho commoretur et censum quinque marcharum ad pondus Coloniense[24)] in festo purificationis beate Virginis[25)] abbati et successoribus suis annuatim persolvat et personatibus ac ecclesiis[kk)] eiusdem balive iamdicti abbatis et successorum suorum donationi libere reservatis eisdem fidelitates et homagia liberorum hominum eorundem locorum debeant exhiberi ac in iuramento fidelitatis, quod eisdem fuerit prestitum[ll)], exprimetur, quod iidem homines supradictum G(alterum) super sue provisionis proventibus nullatenus dampnificare presumant, ita videlicet, quod et ipse G(alterus) super indempnitate predicte balive, ne ipsam dilapidet, corporale prebeat iuramentum. Si quid autem post sententiam nostram super utriusque amotione prolatam circa electionem abbatis, quam in prolatione ipsius sentencie[hh)] * nostre duximus providentie reservandam, a Corbiensibus * fol. 2r
monachis vel quolibet alio in eiusdem abbatis preiudicium fuerit attemptatum, id decernimus non valere.

Quocirca[mm)] discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, quod a nobis est pro ipsius monasterii utilitate provisum, faciatis appellatione remota inviolabiliter observari, corrigentes circa priorem et monachos et prioratus monasterii memorati cum consilio abbatis ipsius, que secundum Deum et beati Benedicti regulam fuerint corrigenda, et statuentes ibidem, quod regulare fuerit et honestum; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Laterani[nn)], VII° Kal. Martii, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

2.

Innocenz III. trägt den Äbten (Johannes) von Saint-Pierre in Lagny(-sur-Marne) und (Adam) von Chaalis und dem Domdekan (Stephan) von Senlis auf, diejenigen Mönche der Abtei und der Priorate von Corbie, die nach ihrer Ansicht zu transferieren sind, nötigenfalls mit Hilfe der weltlichen Macht in Klöster eines ähnlichen Ordens zu überstellen, zwei oder drei Mönche aus anderen Klöstern zur Reform nach Corbie zu berufen und die Äbte der betroffenen Klöster nötigenfalls mit kirchlichen Strafen zur Aufnahme der Mönche aus Corbie zu zwingen.

Lateran, 1210 Februar 25.

[jj)] *Bosquet, Migne:* Guidoc. [kk)] *Migne:* ecclesiae. [ll)] *Bosquet:* praestatum. [mm)] *Bis zum Ende des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [nn)] Lat(er)anen.

[23)] Priorat und Herrschaft Widooie, Gem. Tongeren, Prov. Limburg, Belgien. Vgl. Dubar, *Recherches*, 33, 72 und ad indicem (anders Kéry, *De plenitudine*, 99 mit Anm. 37: Saint-Josse-ten-Noode, Prov. Brabant, Belgien).

[24)] Kölner Mark, eine verbreitet verwendete Zähl- und Gewichtseinheit, die zwei Dritteln eines Pfundes entsprach. Vgl. von Schrötter, *Wörterbuch*, 371; Spufford, *Handbook*, 235.

[25)] 2. Februar.

Reg. Vat. 8, fol. 2r <Nr. 2>.
Bosquet 4, Nr. 2 = Baluze II 407, Nr. 2 = Migne, PL, 216, 198, Nr. 2. — Potth. Reg. 3919; Bréquigny, Table chronologique, IV 466.

Sancti P(etri) Latiniacensis[1] et Caroliloci[2] abbatibus, Paris(iensis) et Siluan(ectensis) diocesum, et .. decano Siluan(ectensi)[3].

Cum[a], sicut dilectus filius abbas[b] Corbiensis[c, 4] nostris auribus intimavit, monasterium sibi commissum in spiritualibus et temporalibus non modicam incurrerit lesionem, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ad ipsum personaliter accedentes ad levamen ipsius monasterii ac prioratuum eius monachos, quos et quot[d] transferendos videritis, potestate seculari ad hoc, si opus fuerit, invocata, donec monasterium respirare valeat inter angustias imminentes, in aliis monasteriis ordinis consimilis collocetis, duos aut tres religiosos monachos, quos de alienis monasteriis duxeritis evocandos, ad reformationem ordinis inducentes ibidem et abbates[e] nichilominus, ad quorum ecclesias ipsos duxeritis transmitendos, ad receptionem eorum, si necesse fuerit, censura canonica sublato appellationis obstaculo compellentes.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea[f] et cetera.

Datum Laterani[g], V Kal. Martii, anno XIII°.

3.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Gottfried), dem Domdekan (Stephan) und dem Domkanoniker R. von Saint-Médard von Senlis auf, alles, was nach der Abreise des Abtes (Johannes) von Corbie an die Kurie zu seinem Nachteil oder zu dem seiner Abtei geschehen ist, für ungültig zu erklären.

Lateran, 1210 Februar 23.

Reg. Vat. 8, fol. 2r <Nr. 3>.
Bosquet 5, Nr. 3 = Baluze II 408, Nr. 3 = Migne, PL, 216, 198, Nr. 3. — Potth. Reg. 3917; Bréquigny, Table chronologique, IV 465.

---

2. [a]) *Am Rande:* Refformatio mon(aster)ii. [b]) *Bosquet:* … Abbas. [c]) *Bosquet, Migne:* Corbeiensis. [d]) *Bosquet, Migne:* quo. [e]) *Bosquet:* abbatis. [f]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [g]) Lateranen.

2. [1]) S. Br. XIII 1 Anm. 1.
[2]) Adam, Abt von Chaalis (Zist.-Abtei bei Ermenonville, Diöz. Senlis, Dép. Oise) 1202–1217. Vgl. *Gallia Christiana* X 1510; *Dict. HGE* 12 (1953) 259.
[3]) S. Br. XIII 1 Anm. 3.
[4]) S. Br. XIII 1 Anm. 10.

..[a] Episcopo[1] et ..[b] decano[b, 2] et R. de sancto Medardo canonico[3], Siluanecten(sibus).

Cum[c] dilectus filius abbas Corbiensis[d, 4] ad nostram presenciam, ut ecclesie sue procuraret negotia, duxerit accedendum, pati aliquatenus non debemus, ut, si quid, postquam iter arripuit ad nostram presenciam veniendi, a quoquam est in ipsius ecclesie gravamen et sui preiudicium attemptatum, obtineat firmitatem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si quid, postquam idem abbas iter ad nos veniendi arripuit, atemptatum inveneritis in sui preiudicium et Corbiensis ecclesie detrimentum, illud in irritum sublato appellationis obstaculo revocetis; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes.

Quodsi non omnes et cetera, tu, frater episcope, cum eorum altero ea et cetera.

Datum Laterani, VII° Kal. Marcii, pontificatus nostri anno XIII°.

4.

Innocenz III. trägt dem Abt R(ainald) der Prämonstratenser-Abtei Saint-Martin in Laon, der zwischen seinem Eintritt und seiner Abtwahl in die dortige Benediktiner-Abtei Saint-Vincent gewechselt hat und deshalb Skrupel hat, auf, sein Amt in unermüdlicher Sorge für die ihm Anvertrauten verdienstvoll auszuüben.

Lateran, 1210 Februar 23.

Reg. Vat. 8, fol. 2r <Nr. 4>.

Bosquet 5, Nr. 4 = Baluze II 408, Nr. 4 = Migne, PL, 216, 198, Nr. 4. — Comp. IV 1. 8. 2; Coll. Prag. 26; X 1. 14. 12. — Potth. Reg. 3918; Bréquigny, Table chronologique, IV 465.

R(ainaldo), abbati sancti Martini Laudun(ensis), Premonstratensis ordinis[1].

Intelleximus[a], quod, cum, antequam esses assumptus ad regimen abbacie, in monasterio tuo fueris laudabiliter conversatus, ad monasterium sancti Vincencii Laudunensis, Nigri ordinis[2], accessisti, ubi, cum aliquandiu in ipsius[b] habitu permansisses, demum ad cor reversus de metropolitani[3] et aliorum religiosorum consilio ad primam

---

3. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b–b]) *Bosquet:* Decano .... [c]) *Am Rande:* Post iter arreptu(m). [d]) *Bosquet, Migne:* Corbeiensis.

3. [1]) S. Br. XIII 1 Anm. 1.
[2]) S. Br. XIII 1 Anm. 3.
[3]) Der Domkanoniker R. de sancto Medardo von Senlis ist auch in Br. XII 146 als päpstlich delegierter Richter genannt.
[4]) S. Br. XIII 1 Anm. 10.

4. [a]) *Am Rande ein Paragraphenzeichen und:* Hoc c(apitulum) est Ext(ra) De etate et qualitate *(X 1. 14. 12).* [b]) *Migne:* ipso.

4. [1]) Rainald von Ribemont, als Abt von Saint-Martin (Prämonstratenser-Abtei in Laon) bezeugt 1207–1214. Vgl. Backmund, *Monasticon*, II 512.
[2]) Ben.-Abtei Saint-Vincent in Laon.
[3]) Der Erzbischof von Reims.

domum curavisti redire, in qua tandem in regularis observancie disciplina taliter Deo et hominibus placuisti, quod pro tuorum exigencia meritorum fratres tui te sibi prefecerunt unanimiter in pastorem[c)]. Quia igitur in suscepto regimine laudabiliter diceris profecisse, ne occasione more, quam in predicto monasterio protraxisti, quasi de ipsa teneram conscienciam retinendo in suscepte aministrationis exequutione tepescas, attendentes, quod in canone cautum est, ne quis canonicus regularis, nisi — quod absit — publice lapsus fuerit, efficiatur monachus et, si factus fuerit, ad ordinem canonicum revertatur ultimus in choro manendo cucullam in memoriam delaturus[4)], discretionem tuam monemus attentius et hortamur per apostolica scripta[d)] tibi[d)] mandantes, quatinus circa curam gregis tibi commissi sollicitudinem gerere studeas indefessam et taliter bona[e)] sequencia[e)] continuare prioribus, quod dignum exinde possis a Deo meritum expectare.

Datum Laterani, VII[o] Kal. Marcii, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

5.

Innocenz III. bestätigt dem Erzbischof R(odrigo) den Primat der Kirche von Toledo in allen spanischen Königreichen, den Sprengel von Alcalá de Henares (Complutum) und das Bistum Cuenca, die Suffraganbistümer Palencia, Segovia, Osma und Sigüenza und alle ehemaligen Suffragane, sobald sie wieder in christliche Hand kommen, unterstellt ihm weiters alle Diözesen, die ihre Metropolen an die Sarazenen verloren haben, bis zu deren etwaiger Wiedererrichtung, erteilt ihm das Recht der Einsetzung von Bischöfen und Priestern in allen diesen Diözesen und bestätigt den gesamten rechtmäßigen Besitz des Erzbistums Toledo.

Lateran, 1210 März 4.

Reg. Vat. 8, fol. 2[v]–3[r] <Nr. 5>.

Empfängerüberlieferung: Original: Toledo, Archivo Capitular, X. 7. A. 3. 1.

Bosquet 6, Nr. 5 = Baluze II 408, Nr. 5 = Migne, PL, 216, 199, Nr. 5; Gorosterratzu, Don Rodrigo, 413, Nr. 7; Mansilla, Documentación, 439, Nr. 422. — Potth. Reg. 3924; Hernández, Cartularios, 531, Nr. 647.

[c)] *Am Rande:* Habilitatio tacita. [d–d)] *Bosquet, Migne:* tibi scripta. [e–e)] *Bosquet, Migne:* sequentia bona.

[4)] *Decretum Gratiani* C. 19 q. 3 c. 2 (Friedberg, *CorpIC*, I 840).

*** R(oderico), Tholetano[a)] archiepiscopo[1)], Hyspaniarum primati, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.** * fol. 2v

Sacrosancta[b)] Romana ecclesia in beato Petro, apostolorum principe, ab ipso Salvatore omnium domino Iesu Christo capud est ecclesiarum omnium constituta. Unde membra non decet a capite dissidere, sed eminenti rationi et superne provisioni capitis obedire[2)]. Moderatrix autem discretio capitis singulorum membrorum officiosas actiones considerans unicuique ius et ordinem a natura constitutum conservat et quibuscumque nobilibus venustatis sue dignitatem sine invidia sociali caritate custodit. Hac igitur ratione prudenter inducti iura nobilis et famose Toletane ecclesie, apostolice sedis proprie ac specialis filie, conservare volentes tuis, venerabilis frater Roderice[c)], quem vera in Christo caritate diligimus, rationabilibus postulationibus paterne pietatis affectu duximus annuendum. Ideoque per presentem paginam[d)] privilegii[d)] ad exemplar felicis recordationis Vrbani[3)], Gelasii[4)], Calixti[5)], Honorii[6)], Eugenii[7)], Adriani[8)], Alexandri primi, Alexandri secundi[9)], Alexandri tercii[10)],

---

5. [a)] *Bosquet, Migne:* Toletano*; so auch die Empfängerüberlieferung; in den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 29r) hingegen:* Tholetano. [b)] *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich, auf fol. 2v zweimal unterbrochen durch drei Punkte mit einem Strich; ferner am Rande auf fol. 2v:* De p(ri)ma(tu) Tolle(ta)ne eccl(es)ie*;* No(ta) de eccl(es)ia Toletan(a). [c)] *Am Rande:* D(ominus) Rode(ri)c(us) Tolle(ta)n(us). [d–d)] *Bosquet:* priuilegij paginam*; so auch Migne; s. die Empfängerüberlieferung.*

5. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einem Photo des Originals):*

1: R(oderico) Tholetano] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Roderico Toletano. 1: Hyspaniarum] Hispaniarum. 6: me(m)brorum] menbrorum. 12f.: paginam privilegii] privilegii paginam*; s. Anm. d–d.*

5. [1)] Rodrigo Jiménez de Rada, im Juli 1208 B. von Osma, am 1. November 1208 zum EB. von Toledo gewählt, EB. bis 1247, der bekannte Geschichtsschreiber. Vgl. Ubieto Arteta, *Listas*, II 387; *DHEE* II 1240f.; *Dict. HGE* 27 (2000) 1301–1308; Gorosterratzu, *Don Rodrigo*; Estella Zalaya, *Fundador.*

[2)] Vgl. *Decretum Gratiani* D. 12 c. 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 27).

[3)] Papst Urban II. am 15. Oktober 1088: *JL* 5366; Hernández, *Cartularios*, 480, Nr. 538; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 43, Nr. 27. Vgl. Rivera Recio, *Primacía*, bes. 21–24; Feige, *Primat*, 695–699.

[4)] Papst Gelasius II. am 7. November 1118: *JL* 6657; Hernández, *Cartularios*, 491, Nr. 561; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 73, Nr. 55. Vgl. Rivera Recio, *Primacía*, 35f.

[5)] Papst Calixt II. am 3. November 1121: *JL* 6931; Hernández, *Cartularios*, 493, Nr. 565; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 76, Nr. 59. Vgl. Rivera Recio, *Primacía*, 35f.

[6)] Papst Honorius II. am 30. November 1125: *JL* 7231; Hernández, *Cartularios*, 495, Nr. 569; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 81, Nr. 64. Vgl. Rivera Recio, *Primacía*, 36f.

[7)] Papst Eugen III. am 13. Februar 1153: *JL* 9702; Hernández, *Cartularios*, 504, Nr. 588; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 101, Nr. 84. Vgl. Rivera Recio, *Primacía*, 39f.

[8)] Papst Hadrian IV. am 9. und 16. Februar 1156: *JL* 10141, 10147; Hernández, *Cartularios*, 509, Nr. 599; 510, Nr. 600; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 118, Nr. 100; 119, Nr. 101. Vgl. Rivera Recio, *Primacía*, 41–43.

[9)] Privilegien der Päpste Alexander I. (Anfang 2. Jh.) und Alexander II. (1061–1073) für Toledo werden nur im vorliegenden Brief in der Liste der vorausgehenden Papstprivilegien geführt. S. auch die Bestätigung durch Honorius III. am 25. Januar 1218: Mansilla, *Documentación Honorio III*, 112, Nr. 129.

[10)] Papst Alexander III. in zwei Urkunden vom 25. Februar 1161 (*JL* 11252; Hernández, *Cartularios*, 511, Nr. 603, bzw. *JL* 10656α; Hernández, *Cartularios*, 512, Nr. 604; Dr.: Fita, *Santua-*

Vrbani[11)] et Celestini[12)], predecessorum nostrorum, primatus dignitatem per Hyspaniarum regna tibi et ecclesie Toletane auctoritate apostolica confirmamus, teque primatem presules Hyspaniarum respicient et ad te referent, si quid inter eos dignum exortum fuerit questione[13)]; salva tamen in omnibus apostolice sedis auctoritate. Verum personam tuam in manu nostra propensiori gratia retinentes censemus, ut solius Romani pontificis iudicio eius causa, si qua fuerit, decidatur.

Sane Toletanam ecclesiam presentis privilegii stabilitate munimus[e)]. Complutensem parrochiam[14)] et Concham[15)] ei tamquam metropoli subditas esse decernimus cum terminis suis necnon et ecclesias omnes, quas iure proprio ab antiquo possedisse cognoscitur, confirmantes episcopales preterea sedes, quas in presenciarum iuste et canonice possides, scilicet Palentiam, Segobiam, Oxoniam[f)], Segunciam[16)]; reliquas vero, que ab antiquis ei temporibus subiacebant[17)], cum Dominus omnipotens Christianorum restituerit potestati sue dignatione misericordie, ad caput proprium referendas huius[g)] decreti[g)] auctoritate sancimus. Porro illarum dioceses civitatum, que Sarracenis invadentibus metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestre subicimus ditioni, ut, quamdiu sine propriis metropolitanis extiterint, tibi ut proprio debeant subiacere, ita quidem, ut in sedibus episcopalibus liberam auctoritate nostra habeas potestatem episcopos, in castellis vero et villis presbiteros instituere [et][h)], prout tibi Dominus administraverit, ordinare, tam in hiis episcopatibus, qui de antiquis ecclesie tue terminis esse noscuntur, quam in illis, qui proprium non habuerint metropolitanum. Si que autem metropoles in statum fuerint proprium restitute, suo

---

e) *Baluze, Migne:* munientes. f) *Migne:* Oxomam. g–g) *Bosquet, Migne:* decreti huius*; s. die Empfängerüberlieferung.* h) *So Bosquet und Migne; auch in der Urkunde Alexanders III. vom 11. Dezember 1166 (s. oben Anm. 10).*

7f.: Complutensem] Conplutensem. 8: Concham] Concam. 14: huius decreti] decreti huius*; s. Anm. g–g.* 18: et] ut.

rio, 218, Nr. 2); vom 11. Juli 1163 (*JL* 10905; Hernández, *Cartularios*, 513, Nr. 606; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 128, Nr. 110); vom 11. Dezember 1166 (*JL* 11301; Hernández, *Cartularios*, 514, Nr. 610; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 130, Nr. 112); vom 24. November 1169 (*JL* 11706; Hernández, *Cartularios*, 516, Nr. 613; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 134, Nr. 114). Vgl. Rivera Recio, *Primacía*, 25, 46–49.

11) Papst Urban III. am 6. Mai 1187: *JL* 15967; Hernández, *Cartularios*, 526, Nr. 637; Böhmer–Schmidt–Baaken, *Regesta Imperii*, 424, Nr. 739; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 152, Nr. 126. Vgl. Rivera Recio, *Primacía*, 49f.

12) Papst Coelestin III. am 6. Juni 1192: *JL* 16898; Hernández, *Cartularios*, 528, Nr. 640; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 154, Nr. 127. Vgl. Rivera Recio, *Primacía*, 50.

13) Zum Primat Toledos bzw. den weiteren Ansprüchen auf die Definition des Sprengels, der Gegnerschaft dazu und dem Prozess darum gegen die Kirche von Braga während der Amtszeit des EB. Rodrigo vgl. Estella Zalaya, *Fundador*, 109–120; Feige, *Primat*. S. auch Br. XIV 57 (Migne, *PL*, 216, 423) und Mansilla, *Documentación*, 564, Nr. 530.

14) Alcalá de Henares (Prov. und C. A. Madrid), der alte Bischofssitz Complutum, 1099 von Papst Urban II. (*JL* 5801) der Diözese Toledo eingegliedert, 1118 definitiv rückerobert. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 72–74.

15) Das Bistum Cuenca (Prov. Cuenca, C. A. Castilla–La Mancha), 1177 rückerobert, wiederhergestellt und von Urban III. (s. oben Anm. 11) Toledo als Suffragan unterstellt. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 291–293.

16) Die Bistümer Palencia, Segovia, Osma und Sigüenza. Vgl. Rivera Recio, *Provincia*, passim.

17) Zu den 20 Bistümern im westgotischen Spanien, die ab 610 Toledo unterstanden, vgl. Rivera Recio, *Provincia*, 96f. und passim.

queque diocesis metropolitano restituatur, ut sub proprii regimine pastoris super divini collatione beneficii glorietur.

Preterea quascumque possessiones, quecumque bona predicta ecclesia Toletana in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sanctorum Iusti et Pastoris[18]; abbatiam sancte Leocadie[19]; ecclesiam sancte Marie de Tocha[20]; ecclesiam sancte Marie de Batres[21]; ecclesiam sancti Vincencii de Monte[22]; ecclesiam sancte Marie de Valle ecclesiarum[23]; ecclesiam sancte Marie de Valadelmech[24]; ecclesiam de Calatraua[25]; castrum quoque Alcala[26]; castrum de Brioga[27]; castrum de Canales[28]; castrum Alfamin[29] cum pertinentiis eorum; domum regine in Toleto[30] cum hereditate sibi pertinente; domum Sancie sororis illustris memorie regis Aldefonsi cum hereditate patris sui Raimundi comitis, quam ipsa consensu fratris sui ecclesie tue donavit et scripto confirmavit[31]; castrum quoque Bencarencie[32] et aldeam, que

10: Valadelmech] Valadelmec. 11: Calatraua] Calatraita. 11f.: de Canales] Canales. 15: Bencarencie] Bencarentie.

[18]) Santos Justo y Pastor, ht. Domkirche von Alcalá de Henares. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 92.

[19]) Regularkanonikerstift Santa Leocadia in Toledo. Vgl. *DHEE* III 1684.

[20]) Nuestra Señora de Atocha bei, ht. in Madrid. Vgl. Fita, *Santuario*; auch Hernández, *Cartularios*, 129, Nr. 134. Die Kirche wurde 1161 vom EB. von Toledo Santa Leocadia unterstellt. Vgl. Fita, *Madrid [1]*, 63, Nr. 8; vgl. ders., *Madrid [4]*, 400.

[21]) Cluniazenser-Abtei Santa María de Batres, abgekommen, bei Casarrubios del Monte, Prov. Toledo, C. A. Castilla–La Mancha. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 115.

[22]) San Vicente del Monte, nördlich von Talavera, Prov. Toledo. Vgl. Fita, *Madrid [4]*, 401, Anm. 1.

[23]) Zist.-Abtei Santa María de Valdeiglesias, Mun. Pelayos de la Presa, Prov. Madrid.

[24]) Abgekommen, vielleicht bei San Martín de Montalbán (Prov. Toledo) mit der Kirche Santa María del Melque. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 121.

[25]) Calatrava la Vieja, abgekommen, P. j. und Prov. Ciudad Real, C. A. Castilla–La Mancha, wurde dem Erzbistum 1147 geschenkt: Hernández, *Cartularios*, 170, Nr. 27. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 110.

[26]) Alcalá de Henares, s. oben Anm. 14. Die Burg von Alcalá wurde dem Erzbistum 1125 von König Alfons VII. geschenkt: Hernández, *Cartularios*, 33, Nr. 29. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 104f.

[27]) Brihuega, P. j., Prov. Guadalajara, C. A. Castilla–La Mancha, 1086 von König Alfons VI. geschenkt. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 116.

[28]) Burg Canales, Chozas de Canales, P. j. Illescas, Prov. Toledo, 1143 von König Alfons VII. geschenkt: Hernández, *Cartularios*, 50, Nr. 47. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 101.

[29]) Alfamín, Alamín, Mun. Santa Cruz del Retamar, Prov. Toledo. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 100. Die Burg wurde 1180 von König Alfons VIII. geschenkt: Hernández, *Cartularios*, 180, Nr. 189.

[30]) Vielleicht das Haus des Sisnando Alzavil, das Königin Urraca von Kastilien (1109–1126; vgl. *LMA* 8 [1997] 1326f.) 1115 dem Erzbistum schenkte: Hernández, *Cartularios*, 21, Nr. 18; vgl. auch die Bestätigung von 1118: *ebd.* 23, Nr. 20.

[31]) Sancha, Infantin von León–Kastilien, geb. 1095, gest. 1159 (vgl. *LMA* 7 [1995] 1350), Schwester König Alfons' VII. von León und Kastilien (1126–1157; vgl. *LMA* 1 [1980] 399f.) und Tochter der Königin Urraca und Raimunds von Burgund, 1093 Grafen von Galicien (gest. 1107; vgl. *LMA* 7 408f.), am 29. Januar 1143: Hernández, *Cartularios*, 49, Nr. 46. Vgl. García Calles, *Doña Sancha*, 38f.; 141, Nr. 17.

[32]) Benquerencia, bei Alcalá, 1118 von König Alfons VII. geschenkt: Hernández, *Cartularios*, 23, Nr. 20. Vgl. Rivera Recio, *Iglesia*, I 120.

vocatur Azucuch[33], cum pertinentiis suis et Alcobrogam[34]; decimas quoque omnium regalium reddituum de sancta Eulalia[35], de Maqueda[36], de Ascalona[37].

* fol. 3r Statuimus etiam, * ut universi parrochie tue fines, qui iam Deo auctore a Christicolis habitantur vel qui in futurum a Sarracenorum potestate auxiliante Domino eripientur, omnino integri tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur. Nomina vero opidorum[38], que in tua diocesi a Dei fidelibus incoluntur, in presenti pagina duximus annotanda: Talauera[39], Alfamin, Makeda, sancta Eulalia, Hulmus[40], Canales, Maioritum[i, 41], Alcala[j], Vadalfaiara[42], Fita[43], Pennafora[44], Belegna[45], Vzeda[46], Talamanca[47], Butracum[48], Calatalifa[49], Ascalona, Zurita[50], Calatraua, Almoguera[51] et Alcolea[52].

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius pocessiones auferre, ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ulcioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quathenus et

---

i) *Bosquet, Migne:* Maieritum*; s. die Empfängerüberlieferung.* j) *Bosquet:* Alcola.

2: Eulalia] Bulalia. 2: Maqueda] Makeda. 8: Maioritum] Maieritum*; s. Anm. i.* 8: Vadalfaiara] Wadalfaiera. 10: et] *fehlt*.

33) Die „villa de Azuqueca" ist 1088 unter den Besitzungen der Kirche San Servando in Toledo bezeugt. Vgl. *ebd.* I 115.

34) Alpuébrega, unbekannt wo, wurde der Domkirche 1086 von König Alfons VI. geschenkt. Vgl. *ebd.* I 71 mit Anm. 20, 114.

35) Santa Olalla, Comarca Torrijos, Prov. Toledo. Vgl. Fita, *Madrid [1]*, 64, Anm. 4; Rivera Recio, *Iglesia*, I 101.

36) Maqueda, Comarca Torrijos. Vgl. *ebd.* I 100f.

37) Escalona, Comarca Torrijos. Vgl. *ebd.* I 108f.

38) Zu den 21 oppida des Erzbistums Toledo vgl. *ebd.* I 80f. und Karte auf S. 86.

39) Talavera de la Reina, Prov. Toledo. Vgl. *ebd.* I 99f.

40) Burg Olmos bei Casarrubios de Monte, Prov. Toledo. Vgl. *ebd.* I 101f.

41) Madrid. Vgl. *ebd.* I 102–104.

42) Guadalajara. Vgl. *ebd.* I 105f.

43) Hita, Comarca La Alcarría, Prov. Guadalajara. Vgl. *ebd.* I 106.

44) Pennafora, Prov. Guadalajara. Vgl. *ebd.* I 106.

45) Belaña, P. j. Cogolludo, Comarca La Serranía, Prov. Guadalajara. Vgl. *ebd.* I 107.

46) Uceda, P. j. Cogolludo. Vgl. *ebd.* I 107.

47) Talamanca, P. j., Prov. Guadalajara. Vgl. *ebd.* I 107.

48) Buitrago del Lozoya, Prov. Madrid. Vgl. *ebd.* I 107.

49) Calatalifa, abgekommen, am Guadarrama, Mun. Villaviciosa de Odón, Prov. Madrid. Vgl. *ebd.* I 107f.

50) Zorita de los Canes, P. j. Pastrana, Prov. Guadalajara. Vgl. *ebd.* I 109f.

51) Almoguera, P. j. Pastrana. Vgl. *ebd.* I 110f.

52) Alcolea de Torote, abgekommen, bei Guadalajara. Vgl. *ebd.* I 111.

hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Ioh(ann)is, sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, sancte Romane ecclesie cancellarii[k, 53)], IIII Non. Marcii, indictione XIII[a], incarnationis dominice anno M°CC°IX°, pontificatus vero d(omi)ni Innocen(tii) pape III anno XIII°.

6.

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Berard) von Athen, dem Bischof (Arnulf) von Thermopylai und dem Bischof von Zetunion, nach der Übergabe von Korinth an den Seneschall der Romania G(ottfried) einen etwaigen dortigen (griechischen) Erzbischof zur Obödienz gegenüber dem päpstlichen Stuhl aufzufordern, im Weigerungsfall, oder falls der Erzbischof verstorben sein sollte, den Domdekan H(ugo) von Châlons-sur-Marne zum Erzbischof zu bestellen und die Kleriker zum Gehorsam ihm gegenüber zu veranlassen oder durch andere zu ersetzen, die dazu bereit sind.

Lateran, 1210 März 4.

---

[k]) *Darüber ein kleines Kreuz, als Verweis auf eine Randnotiz, vor der ein weiteres kleines Kreuz steht:* No(ta): t(em)p(o)re Inno(centii) p(a)p(e) tercii Roman(a) ecc(lesi)a habuit cancellariu(m) modo vic(ecancellariu)m.

2: Amen] Amen, amen, amen. 5: IX] VIIII. 6: III] tertii. 6: XIII] tertiodecimo.

Folgende Kardinäle unterschrieben:

Petrus Portuensis et sancte Rufine episcopus
Ioh(ann)es Albanen(sis) episcopus
Ioh(ann)es Sabinen(sis) episcopus
Nichola(us) Tusculan(us) episcopus
Guido P(re)nestin(us) episcopus
Hug(o) Hostien(sis) et Vell(etrensis) episcopus

Cinth(ius) tituli sancti Laur(entii) in Lucina presbiter cardinalis
Cenci(us) sanctorum Ioh(ann)is et Pauli presbiter cardinalis tituli Pamachii
Petrus tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis
Petrus sancte Pudentiane tituli Pastoris presbiter cardinalis

Gregori(us) sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis
Guido sancti Nicolay in Carcere Tull(iano) diaconus cardinalis
Ioh(ann)es sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis
Guala sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis
Oct(auianus) sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis
Ioh(anne)s sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis
Pelagi(us) sancte Lucie ad Septasolis diaconus cardinalis.

[53]) Johannes, KD. von S. Maria in Cosmedin 1200–1213, Kanzler der römischen Kirche ab Dezember 1205. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 136f.; Cheney, *Papal Chancellor*, 371f.; Bischoff, *Urkundenformate*, 39, 41.

Reg. Vat. 8, fol. 3r <Nr. 6>.

Bosquet 8, Nr. 6 = Baluze II 409, Nr. 6 = Migne, PL, 216, 201, Nr. 6; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 375, Nr. 139. — Potth. Reg. 3925.

Archiepiscopo Atheniensi[1)] et ..[a)] Fermipolensi[a, 2)] et ..[b)] Sydoniensi[3)] episcopis.

Cum[c)] et alias oves, quas habet[d)] Dominus, nos[d)] oporteat in ovili nobis commisso suis ovibus aggregare, de cura Corinthiorum[4)] sollicitudinem decet nos gerere pastoralem, ut, cum eorum civitas ad dominium[e)] Latinorum credatur in proximo perventura[f)] vel iam forsitan[g)] pervenisse[h)], oves Domini, que sunt ibi, post greges sodalium non vagentur, sed ad unum redeuntes pastorem et cognoscant eum
vgl. Io 10, 14 secundum evangelicam veritatem et cognoscantur ab ipso. Quocirca[i)] fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus, si civitatem ipsam, velut ex relatis rumoribus spem concepimus, dilecto filio nobili viro G(aufrido), Romanie senescalco[5)], reddere se contingat aut iam reddidit semetipsam[6)] et aliquis archiepiscopus est in ea, prudenter et efficaciter inducatis eumdem, ut ad obidienciam et reverenciam apostolice sedis ac nostram humiliter convertatur iuramentum exhibens super hoc, quod exhiberi a talibus consuevit[7)]. Qui si forsan id perficere recusaverit, vos eo ab aministratione pontificali prorsus amoto, cum pro rei novitate non possit ex more aliarum ecclesiarum ad usitatum electionis modum[8)] procedi,

---

6. [a–a]) *Bosquet, Migne:* Thermopilen. [b]) *Fehlt bei Bosquet.* [c]) *Am Rande zwei kurze schräge Striche und:* De Corinthiis a fide recedentibus. [d–d]) D(omi)n(u)s nos h(abe)t*; Bosquet, Migne:* habet Dominus nos. [e]) d(omi)n(u)m; dominium *bei Bosquet und Migne.* [f]) p(ro)ventura; peruentura *bei Bosquet; so auch Migne.* [g]) -s- *korr. aus* -c- *von späterer Hand.* [h]) p(ro)venisse; peruenisse *bei Bosquet; so auch Migne.* [i]) *Davor ein Paragraphenzeichen.*

6. [1]) Berard, wahrscheinlich Kaplan des Stadtherrn Otto von La Roche (s. Br. XIII 16 Anm. 3), EB. von Athen nach der Flucht des griechischen Metropoliten Michael Choniates 1205, bezeugt bis 1213. Vgl. Longnon, *Organisation*, passim; Fedalto, *Chiesa latina*, I 298–302, II 58.

[2]) Arnulf, als (dritter lateinischer) B. von Thermopylai (Suffr. von Athen, Phokis, Griechenland) bezeugt 1210–1212, 1212 EB. von Serres (Thessalien, Griechenland). S. Br. XV 57 (Migne, *PL*, 216, 585). Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, I 300, II 247; Fedalto, *Atene*, 76.

[3]) Ein lateinischer Bischof von Zetunion (Zeitun, ht. Lamia, Suffr. von Neopatras, Phthiotis, Griechenland) ist 1208–1212 bezeugt. Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, I 296, II 96; Koder–Hild, *Hellas*, 283f.

[4]) Korinth, Peloponnes, Griechenland.

[5]) Gottfried von Villehardouin, der Neffe des Geschichtsschreibers und Marschalls der Champagne, geb. 1170/1175, nahm 1204/1205 teil an der Eroberung Moreas, 1209 als Nachfolger Wilhelms von Champlitte (s. Br. XIII 148 [150] Anm. 2) Fürst von Achaia, 1210 Seneschall der Romania für Kaiser Heinrich (zum Titel vgl. Hendrickx, *Institutions*, 197; Van Tricht, *Latin Renovatio*, 236), gest. ca. 1225/1227. Vgl. Longnon, *Recherches*, 28–33; Longnon, *Compagnons*, 32–41; Ortega, *Lignages*, 569f.

[6]) Korinth wurde seit dem Winter 1204/1205 von den Lateinern belagert. Gottfried verfügte über die Stadt als seinen Besitz bereits im Juli 1209 (Tafel–Thomas, *Urkunden*, II, Nr. 207, S. 98 Z. 15f.); der lokale Archon Leon Sgurgos und Theodor Doukas verteidigten allerdings die Zitadelle Akrokorinth bis Ende 1209/Anfang 1210. Vgl. Bon, *Morée franque*, 58f.; Pokorny, *Thessaloniki*, 545, Anm. 19; Preiser-Kapeller, *Episkopat*, 193.

[7]) Vgl. Comp. I 1. 4. 20 = X 2. 24. 4 (Friedberg, *CorpIC*, II 360) und Gottlob, *Amtseid*, 176f., Nr. I, II.

[8]) Vgl. *Decretum Gratiani* D. 63 c. 34–36 (Friedberg, *CorpIC*, I 246f.).

dilectum filium H(ugonem), decanum Cathalaunensem[9)], virum utique vita, fama et sciencia commendabilem, ecclesie civitatis[j)] eiusdem auctoritate nostra sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo in archiepiscopum assignetis[k)]; idipsum facturi, si forsan, ut accepimus, eandem ecclesiam inveneritis defuncto archiepiscopo destitutam[10)], monendo clericos, si qui fuerint, ut ei reverenciam et obedientiam debitam ac devotam impendant. Alioquin eidem decano potestatem auctoritate apostolica conferatis amotis illis instituendi tales in locis ipsorum, qui sibi studeant sicud membra capiti per devotam[l)] obedienciam coherere[11)]; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo[12)].

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea et cetera.

Datum Laterani, IIII Non. Marcii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

7.

Innocenz III. teilt dem Bischof (Guethenocus) von Vannes sein Urteil in dessen Rechtsstreit mit der Abtei Redon mit: dass die Abtei exemt ist, ihre Pfarrkirchen aber nach Diözesanrecht dem Bischof unterstehen und dass er dem Erzbischof (Johannes) von Tours, dem Abt (Michael) von (Saint-Florent-lès-)Saumur und dem Domscholaster (Bernhard) von Angers aufgetragen hat, für die Durchführung des Urteils zu sorgen und weiters die Prokurationen, die in einem Schiedsspruch festgelegt wurden, mit oder ohne Mitwirkung des Bischofs abzuändern, wenn sich diese als zu belastend erweisen.

Lateran, 1210 März 5.

Reg. Vat. 8, fol. 3^{r-v} <Nr. 7>.

Bosquet 8, Nr. 7 = Baluze II 410, Nr. 7 = Migne, PL, 216, 202, Nr. 7. — Potth. Reg. 3926; Bréquigny, Table chronologique, IV 466.

---

j) -s *korr. aus einem anderen Buchstaben.* k) *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* l) *Am Rande drei Punkte und ein Strich.*

9) Hugo, als Domdekan von Châlons-sur-Marne (Suffr. von Reims) bezeugt 1190–1221. Vgl. *Gallia Christiana* IX 903. 1217 ist er in der Entourage der Kaiserin Yolanda von Konstantinopel bezeugt: Pressutti, *Regesta Honorii III*, 912; vgl. Van Tricht, *Latin Renovatio*, 226.

10) Der griechische Metropolit Nikolaus, im Amt seit dem Ende des 12. Jhs., wurde 1205 von Leon Sgurgos getötet. Vgl. *Dict. HGE* 13 (1956) 878; Preiser-Kapeller, *Episkopat*, 195.

11) S. Br. XIII 5 Anm. 2.

12) Ein lateinischer Erzbischof von Korinth, Gualterus, ist 1212–1215 bezeugt. S. Br. XV 58 (Migne, *PL*, 216, 586). Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, II 97.

..[a] Episcopo Venetensi[1].

Cum[b] movisses olim adversus Rothonense monasterium[2] questionem asserens monasterium ipsum ac parrochiales ecclesias eius ad te de communi iure spectare utpote in tua diocesi constituta[3] in eisdem iura * tibi episcopalia vendicando et ex parte monasterii diceretur idem monasterium cum parrochialibus ecclesiis suis Romanorum pontificum privilegiis ab antiquo libertate donatum[4], super eadem causa frequenter fuerunt littere apostolice impetrate. Denique autem utraque pars in venerabiles fratres nostros Nannetensem[c, 5] et Brocensem[d, 6] episcopos sub certa pena et iuramento interposito conpromisit, qui rationibus utriusque partis auditis et monasterii privilegiis diligenter inspectis de consilio[e] peritorum illud in capite liberum sententialiter decreverunt[7]. Verum, quia ecclesie parrochiales ipsius exempte nullatenus probabantur, pronunciaverunt easdem ad iurisdictionem tuam sicud alias tue diocesis ecclesias pertinere, nichilominus statuentes, ut quatuor procurationes dumtaxat tibi a sex ecclesiis monasterii prestarentur, quarum unam perciperes in parrochiali ecclesia de Rothon[8], aliam in ecclesia de sancto Godoaldo[f, 9], aliam in ecclesia de Bani[10] ac aliam in ecclesia de Langon[11], ita videlicet, quod abbas et priores ecclesiarum ipsarum tres partes et capellani quartam partem in procurationibus ipsis ponant et a duabus ecclesiis, scilicet de Brim[12] et sancti Petri de Rothon[13], quatuor solidos pro singulis procurationibus ad sublevationem suam recipiant capellani.

* fol. 3v

Porro cum monasterium ipsum super iniquitate arbitrii ad audienciam dilecti filii nostri G(uale), sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis, tunc apostolice sedis lega-

---

7. [a] *Fehlt bei Bosquet.* [b] *Am Rande:* Sup(er) exempt(i)o(n)e v(e)l subiectione mon(asterii) et ecc(lesi)ar(um) p(ar)ro(chialium). [c] *Bosquet:* ... Nanneten. [d] *Bosquet:* ... Briocen.*;* Briocensem *auch bei Migne.* [e] *Darüber ein kleines Kreuz als Verweiszeichen zur Randnotiz:* P(ro)nu(n)cia(n)t arbitri de c(on)silio peritor(um). [f] *Bosquet, Migne:* Godoalo.

7. [1] Guethenocus (Guéthénoc), B. von Vannes (Suffr. von Tours) 1183–1222. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 925f.

[2] Ben.-Abtei Saint-Sauveur in Redon, Diöz. Vannes, Dép. Ille-et-Villaine. Vgl. Beaunier–Besse, *Recueil*, VIII 323.

[3] Vgl. *Decretum Gratiani* C. 9 q. 3 a. c. 1; C. 10 q. 1 c. 3; C. 16 q. 7 a. c. 1, c. 10; C. 18 q. 2 c. 17 (Friedberg, *CorpIC*, I 606, 613, 800, 803, 833); Br. II 141 (150) = Comp. III 2. 17. 2 = X 2. 26. 17 (Friedberg, *CorpIC*, II 385f.).

[4] Vgl. die Verleihungen durch die Päpste Leo IX. 1049 (wohl gefälscht; *JL* 4159; Böhmer–Frech, *Papstregesten*, 155, Nr. †542; Dr.: Migne, *PL*, 143, 596, Nr. 4), Gregor VII. (1073–1085) (*JL* 5280; Dr.: Migne, *PL*, 148, 715, Nr. 72) und Eugen III. (Ramackers, *PU in Frankreich*, N. F. 5, 357, Nr. 253); Fabre–Duchesne, *Liber Censuum*, I 199b.

[5] Gottfried Plantin, B. von Nantes (Suffr. von Tours) 1199–1212. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 818f.; Durand, *Diocèse de Nantes*, 289.

[6] Peter (I.), als B. von Saint-Brieuc (Suffr. von Tours) bezeugt 1208, gest. 1212. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 1089f.

[7] Am 16. November 1208. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 819, 953, 1089, allerdings ohne Angabe der Quelle.

[8] Notre-Dame in Redon, Dép. Ille-et-Villaine. Vgl. Longnon, *Pouillés Tours*, 328 I, 526 (Index).

[9] Locoal, Comm. Locoal-Mendon, Cant. Belz, Dép. Morbihan. Vgl. Longnon, *Pouillés Tours*, 556 (Index); Luco, *Pouillé*, 342–347.

[10] Bains, Cant. Redon. Vgl. Longnon, *Pouillés Tours*, 328 I, 405 (Index); Luco, *Pouillé*, 139f.

[11] Langon, Cant. Redon. Vgl. Longnon, *Pouillés Tours*, 319 G, 473 (Index); Luco, *Pouillé*, 298f.

[12] Brain, Cant. Redon. Vgl. Longnon, *Pouillés Tours*, 328 J, 417 (Index); Luco, *Pouillé*, 186f.

[13] Kapelle Saint-Pierre im Gebiet von Redon. Vgl. Luco, *Pouillé*, 667.

ti[14], detulisset postea questionem[15] asserens illud in Romane ecclesie preiudicium, ad quam dictum monasterium nullo medio pertinet, inique prolatum, dictus cardinalis illud utraque parte presente cassavit fratribus monasterii memorati precipiens, ut iureiurando super observatione ipsius hincinde prestito non obstante illud nullatenus observarent. Cum autem propter[g] hoc nuper dilectus filius magister Rolandus tuus et P. monachus sepedicti monasterii procuratores ad sedem apostolicam accessissent et super premissis litigassent aliquamdiu coram nobis, demum in privilegio monasterii nobis exhibito perspeximus contineri monasterium sepefatum, quod beati Petri iuris existit[16], sedis apostolice privilegio conmunitum, in quo subcequenter[h] adiungitur, ut in parrochialibus ecclesiis monasterii liceat abbati et monachis eiusdem loci, cum eas vaccare contigerit, idoneos eligere sacerdotes et diocesano episcopo presentare, qui ei de[i] spiritualibus, illis vero de temporalibus debeant respondere[17]. Ex quibus verbis arguitur, quod, etsi dictum monasterium sit exemptum in capite, ipsius tamen parrochiales ecclesie nullatenus sunt exempte[i].

Hiis igitur et aliis, que utraque pars proposuit, intellectis de concilio[j] fratrum nostrorum pronunciavimus monasterium sepedictum in capite liberum et a tua iurisdictione prorsus exemptum, decernentes parrochiales ecclesias eius, que minime probantur exempte, tibi diocesana lege subiectas, venerabili fratri nostro archiepiscopo Turonensi[18] et dilecto filio abbati Salimuriensi[k, 19], Andegauensis diocesis, et magistro scolarum[l] Andegauensi[20] nostris dantes litteris in mandatis, ut, quod a nobis est sentencialiter diffinitum, faciant appellatione remota firmiter observari; contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo. Quia vero ipse parrochiales ecclesie in procuratione ab antedictis episcopis pretaxata nimis, sicut asseritur, aggravantur, ipsis iniuncximus, ut, si constaret eisdem procurationem ipsam predictis ecclesiis existere onerosam, nisi tu ab ipsis commonitus ad equum volueris condescendere moderamen, ipsi pensatis facultatibus earundem procurent eam sublato appellationis obstaculo moderari.

Nulli[m] ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre diffinitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, III Non. Marcii, pontificatus nostri anno XIII[o].

---

[g]) *Migne:* super. [h]) *Bosquet:* subsequentur. [i–i]) *Am Rande eine Klammer.* [j]) *Bosquet, Migne:* consilio. [k]) *Bosquet, Migne:* Salmuriensi. [l]) *Am Rande:* Mag(iste)r scolar(um). [m]) Nuulli.

[14]) S. Br. XIII 1 Anm. 8.

[15]) Vgl. vielleicht Digesten 2. 8. 9 (Ed. Mommsen 22).

[16]) Vgl. Pfaff, *Liber Censuum*, Nr. 537.

[17]) Vgl. Ramackers, *PU in Frankreich*, N. F. 5, Nr. 253, S. 358.

[18]) Johannes von Faye, EB. von Tours 1208/1209–1228. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 100–104; *Dict. HGE* 16 (1967) 772f.

[19]) Michael, Abt von Saint-Florent-lès-Saumur (Ben.-Abtei, Diöz. Angers, Cant., Arr. Saumur, Dép. Maine-et-Loire) 1203–1220. Vgl. Historia Sancti Florentii (ed. Marchegay–Mabille) 313–315; Avril, *Gouvernement*, I 436f.

[20]) Bernhard, bezeugt als Domkanoniker und Domscholaster von Angers (Suffr. von Tours) 1209–1221, Kanoniker und Dekan von Saint-Pierre in Angers 1211. Vgl. Matz–Comte, *Fasti Ecclesiae Gallicanae VII: Angers*, 215.

8.

Innocenz III. teilt dem Abt (Johannes) und den Mönchen von Redon sein Urteil in deren Rechtsstreit mit der Abtei Redon mit: dass die Abtei exemt ist, ihre Pfarrkirchen aber nach Diözesanrecht dem Bischof unterstehen und dass er dem Erzbischof (Johannes) von Tours, dem Abt (Michael) von (Saint-Florent-lès-)Saumur und dem Domscholaster (Bernhard) von Angers (, an die ein entsprechendes Schreiben ergeht,) aufgetragen hat, für die Durchführung des Urteils zu sorgen und weiters die Prokurationen, die in einem Schiedsspruch festgelegt wurden, mit oder ohne Mitwirkung des Bischofs abzuändern, wenn sich diese als zu belastend erweisen.

(Lateran, 1210 März ca. 5).

Reg. Vat. 8, fol. 3^{v}–4^{r} <Nr. 8>.

Bosquet 10, Nr. 8 = Baluze II 411, Nr. 8 = Migne, PL, 216, 204, Nr. 8. — S. unten Abb. II. — Potth. Reg. 3927.

Abbati[1] et monachis Rothonen(sibus).

Cum venerabilis frater noster Venetensis episcopus[2] movisset olim adversus Rothonense monasterium questionem asserens monasterium ipsum ac parrochiales ecclesias eius ad se de communi iure spectare utpote in sua diocesi constituta[3] in eisdem iura [sibi][a] episcopalia vendicando et ex parte vestra proponeretur idem monasterium et cetera ut in alia usque pronunciaverunt[b] easdem ad iurisdictionem episcopi sicut alias sue diocesis ecclesias pertinere, nichilominus statuentes, ut a sex parrochialibus ecclesiis monasterii quatuor procurationes dumtaxat eidem[c] episcopo prestarentur, quarum unam perciperet et cetera usque recipiant[d] capellani. Porro cum vos super et cetera usque apostolice[e] sedis legati, detulissetis postea questionem[4] asserentes illud in Romane ecclesie preiudicium, ad quam idem monasterium et cetera usque non[f] obstante illud nullatenus servaretis. Cum autem propter hoc nuper dilectus filius magister Rolandus eiusdem episcopi et P. monachus monasterii vestri procuratores et cetera ut in alia usque pronunciavimus[g] monasterium vestrum in capite liberum et ab episcopi iurisdictione prorsus exemptum et cetera usque antedicto[h] episcopo diocesana lege subiectas, venerabili fratri nostro Turonensi * archiepiscopo[5] et dilecto filio abbati Salmuriensi[6] et cetera ut in alia usque onerosam[i], nisi prefatus episcopus Venetensis ab ipsis commonitus ad equum voluerit condescendere moderamen et cetera ut in alia usque in finem[j].

* fol. 4^{r}

Datum ut in alia.

---

8. [a]) *So bei Bosquet und Migne; s. auch Br. XIII 7 S. 18 Z. 4.* [b]) *Br. XIII 7 S. 18 Z. 12.* [c]) *Am Rande:* De p(ro)xi(m)a. [d]) *Br. XIII 7 S. 18 Z. 19.* [e]) *Br. XIII 7 S. 18 Z. 21.* [f]) *Br. XIII 7 S. 19 Z. 4.* [g]) *Br. XIII 7 S. 19 Z. 16.* [h]) *Br. XIII 7 S. 19 Z. 18.* [i]) *Br. XIII 7 S. 19 Z. 25.* [j]) *Br. XIII 7 S. 19 Z. 29.*

8. [1]) Johannes (I.). als Abt von Redon bezeugt 1208–1210. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 953; De Courson, *Cartulaire*, 431.

[2]) S. Br. XIII 7 Anm. 1.

[3]) S. Br. XIII 7 Anm. 3.

[4]) S. Br. XIII 7 Anm. 15.

[5]) S. Br. XIII 7 Anm. 18.

[6]) S. Br. XIII 7 Anm. 19.

Scriptum est ipsis super hoc in eundem fere modum usque moderari[k)] nullis literis obstantibus, si que apparuerint a sede apostolica preter assensum parcium impetrate.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum ut in alia.

9.

Innocenz III. befiehlt dem Domkapitel von Toledo, den päpstlichen Subdiakon und Kaplan Andreas de Gabiniano, dem der Erzbischof R(odrigo) und der Domdekan His(panus) auf Bitten des Papstes ein Domkanonikat in Toledo verliehen haben, durch seinen Prokurator in dieses einzuführen, wobei ein eventuell von den Kanonikern geleisteter Eid dem nicht entgegenstehen soll.

Lateran, 1210 März 1.

Reg. Vat. 8, fol. 4^r <Nr. 9>.

Bosquet 10, Nr. 9 = Baluze II 411, Nr. 9 = Migne, PL, 216, 204, Nr. 9; Mansilla, Documentación, 438, Nr. 420. — S. unten Abb. II. — Potth. Reg. 3921.

Capitulo Tholetano[a)].

Examinata[b)] fides et probata devotio, qua se nobis dilectus filius Andreas de Gabiniano, subdiaconus et capellanus noster[1)], carum exhibuit acthenus et iugiter exhibere non desinit, nos inducit, ut ad sua commoda promovenda tanto sibi specialius assistamus, quanto manifestius hoc exigere sua merita dignoscuntur. Hinc est, quod, cum placuerit dudum venerabili fratri nostro R(oderico) archiepiscopo[2)] ac[c)] dilecto filio His(pano) decano[3)] et concanonicis vestris[d)], qui cum ipso erant apud sedem apostolicam constituti, ipsum ad preces nostras in fratrem et canonicum recipere coram nobis, nos id tanto gratum habuimus et habemus, quanto subdiaconus ipse pro sue merito bonitatis nobis et fratribus nostris carus et acceptus existit[e)]. Cum[f)] igitur

---

[k)] *Br. XIII 7 S. 19 Z. 27.*

9. [a)] *Bosquet, Migne:* Toletano*; in den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 29^r):* Tholetano. [b)] *Am Rande:* Exordiu(m)*, davor 3 Punkte.* [c)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [d)] *Darnach* et*; dieses fehlt bei Bosquet und Migne; s. auch Br. XIII 10 S. 22 Z. 25.* [e)] *Darnach eine Raute und am Rande eine Klammer und:* P(er) nu(n)cios can(oni)cos recipitur quis i(n) can(oni)cu(m) infra curia(m)*; weiters ein Kreuz mit Punkten zwischen den Schäften als Verweiszeichen (s. Anm. f–f).* [f–f)] *Nach dem Datum mit einer Raute davor und einem Kreuz mit Punkten zwischen den Schäften darnach als Verweiszeichen nachgetragen; am Rande eine verweisende Hand dazu gezeichnet.*

9. [1)] Andreas de Gavigano (vielleicht aus Gavignano [Prov. Rom, Latium]) entschied am 24. März 1210 als päpstlich delegierter Richter in einer causa zwischen dem Bischof und dem Domkapitel von Spoleto: *Pergamene S. Maria di Spoleto* 165, Nr. 69.

[2)] S. Br. XIII 5 Anm. 1.

[3)] Im Mai 1199 bestätigte Innocenz III. dem Hispanus das Domdekanat von Toledo: Br. II 64 (67); 1211 (Juni) und 1212 ist Raimundus als Domdekan bezeugt: Hernández, *Cartularios*, 288, Nr. 316, und 759 (Index).

ex hoc non minus ecclesie[g)] in persona quam persone in ecclesia credamus esse provisum[f)], universitatem vestram rogamus attentius et monemus per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus, quod per ipsos liberaliter factum est, hilari procequentes favore dictum subdiaconum per procuratorem suum in corporalem pocessionem concessi sibi canonicatus inducere procuretis et, cum ad locum residencium sit receptus, vestiarium et alia, que percipiunt residentes, per eumdem procuratorem sibi cum integritate debita conferatis iuramento, quod fecisse dicimini, non obstante, cum illud mandato nostro nec debeat nec possit obstare. Taliter autem [preces][h)] preceptumque[h)] nostrum super hoc studeatis implere, quod et idem subdiaconus, qui vobis et ecclesie vestre in multis esse poterit fructuosus, ad dilectionem vestram[i)] fervencius possit astringi et nos devotionem vestram exinde valeamus non inmerito commendare.

Datum Laterani, Kal. Marcii, pontificatus nostri anno XIII°.

10.

Innocenz III. ermahnt den Domdekan Hispanus von Toledo, den päpstlichen Subdiakon und Kaplan Andreas de Gabiniano, dem er und der Erzbischof R(odrigo) auf Bitten des Papstes ein Domkanonikat in Toledo verliehen haben und dessen Einführung dortselbst der Papst dem Domkapitel befohlen hat, als dessen Prokurator zu vertreten.

(Lateran, 1210 ca. März 1).

Reg. Vat. 8, fol. 4r <Nr. 10>.

Bosquet 11, Nr. 10 = Baluze II 411, Nr. 10 = Migne, PL, 216, 205, Nr. 10; Gorosterratzu, Don Rodrigo, 413, Nr. 5; Mansilla, Documentación, 438, Nr. 421. — S. unten Abb. II. — Potth. Reg. 3922.

Hyspano, ecclesie Tholetane[a)] decano[1)].

Placuit[b)] venerabili fratri nostro R(oderico) archiepiscopo[2)] ac tibi, fili decane, et canonicis Toletanis, qui cum ipso erant apud sedem apostolicam constituti, dilectum filium Andream de Gabiniano, subdiaconum et capellanum nostrum[3)], ad preces nostras in fratrem et canonicum recipere coram nobis; quod nos tanto gratum et cetera ut in alia usque provisum[c)], dilectos filios Toletanum capitulum per scripta nostra rogavimus attencius et monuimus nichilominus eis precipiendo mandantes, ut, quod per dictos archiepiscopum et canonicos liberaliter et cetera usque sibi[d)] canonicatus inducant et cetera usque debita[e)] conferre procurent iuramento, quod fecisse dicun-

---

g) *Bosquet, Migne:* Ecclesia. h–h) *Bosquet, Migne:* preces et praeceptum. i) n(ost)ram; vestram *bei Bosquet und Migne.*

10. a) *Bosquet, Migne:* Toletanae*; in den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 29r):* Tholetane. b) *Am Rande:* Sup(er) eod(em). c) *Br. XIII 9 oben Z. 1f.* d) *Br. XIII 9 oben Z. 5.* e) *Br. XIII 9 oben Z. 7.*

10. 1) S. Br. XIII 9 Anm. 3.
2) S. Br. XIII 5 Anm. 1.
3) S. Br. XIII 9 Anm. 2.

tur, nequaquam obstante, cum[f] et cetera usque obstare[g]. Cum igitur subdiaconus antedictus de tua sinceritate confidens vices suas super hiis tibi duxerit commitendas, devotionem tuam rogamus attentius et monemus, quatinus [ea][h] taliter studeas procurare, quod et sibi utile et nobis esse possit acceptum.

Datum ut in alia per totum.

11.

Innocenz III. bestätigt nach dem Vorbild Papst Alexanders III. den Orden von Santiago, dessen gesamten rechtmäßigen Besitz und die Ordensregel.

Lateran, 1210 März 8.

Reg. Vat. 8, fol. 4^{r}–6^{r} <Nr. 11>.

Empfängerüberlieferung: Abschrift der 2. Hälfte des 13. Jhs., Madrid, Archivo Histórico Nacional, sección de Códices, Tumbo Menor de Castilla (Núm. 1046), „liber quartus“, pag. 433–443, ep. Núm. 5; Dr. nach dem verlorenen Original: Bullarium ordinis S. Iacobi de Spatha (Ausschnitt).

Bosquet 12, Nr. 11 = Baluze II 412, Nr. 11 = Migne, PL, 216, 205, Nr. 11; Mansilla, Documentación, 442, Nr. 423; Domínguez Sánchez, Documentos, 191, Nr. 132. — S. unten Abb. II. — Potth. Reg. 3929; Fernández Catón, Índice-regesta, 363, Nr. 27; Mur i Raurell, Relaciones, 237, Nr. 17.

Fernando Gondisalui, magistro milicie beati Iacobi[1], eiusque fratribus clericis et laicis tam presentibus quam futuris communem vitam professis in[a] perpetuum[a].

Benedictus[b] Deus in donis suis et sanctus in omnibus operibus suis, qui ecclesiam suam nova semper prole fecundat et sic pro patribus filios in ea facit exurgere, sic a generatione in generationem noticiam nominis[c] sui[d] et lucem fidei christiane diffundit[e], ut, sicud ante ortum solis stelle sese ad occasum in firmamento secuntur, ita in ecclesiasticis gradibus generationes iustorum, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis et tenebras nostras veri solis splendor illuminet, per tempora sibi succedant et sicud multi sepe per caudam draconis deiciuntur in terram, ita et per adoptio- Ps 144, 17 vgl. Ioel 2, 1. 11 vgl. Apc 12, 4

---

[f]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [g]) *Br. XIII 9 S. 22 Z. 8.* [h]) *So Bosquet und Migne.*

11. [a–a]) *Am Rande mit einem verbindenden Strich eingefügt.* [b]) *Am Rande zwei kurze schräge Striche; ferner auf fol. 4^{r} und im ersten Drittel von 4^{v} längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [c]) *Bosquet, Migne:* nomini. [d]) *Korr. aus* suis. [e–e]) *Am rechten Briefrand eine verzierte Klammer.*

11. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einem Digitalisat unter http://pares.mcu.es, Suchweg „Inventario Dinámico/Archivio histórico Nacional/Colección Códices y Cartularios“ [August 2013] der Abschrift):*

17: Fernando Gondisalui] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Fernando Gundisalui. 21: semper prole fecundat] prole fecundat semper. 26: et sicud] ut sic(ud).

11. [1]) Fernando González de Marañón, Großmeister des Ordens von Santiago 1206–1210. Vgl. *DHEE* III 1824; Lomax, *Orden*, 283 und ad indicem.

nem spiritus cotidiana fiat reparatio perditorum et de profundo inferni ad querenda multi celestia erigantur et ita corpore teneantur in terra, ut tamquam cives sanctorum et domestici Dei cogitatione[f)] ac desiderio conversentur in celis[e, 2)].

Hoc[g)] sane tempore[h)] felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, in partibus Yspaniarum[i)] de divino factum[3)] munere gratulamur, ubi nobiles quidam viri peccatorum vinculis irretiti ex miseratione illius, qui[j)] vocat ea, que non sunt, tamvgl. Rm 4, 17 quam ea, que sunt, superna gratia sunt afflati et tacti super multis transgressionibusvgl. Gn 6, 6 suis dolore cordis intrinsecus[k)] et preteritorum agentes penitenciam peccatorum non solum possessiones[l)] terrenas sed et corpora sua in extrema queque dare pericula pro Domino decreverunt et ad exemplum domini nostri Iesu Christi, qui ait ‹‹Non venivgl. Io 6, 38; 5, 30 facere voluntatem meam[m)], sed eius, qui misit me, patris››, in habitu et conversatione* fol. 4v religionis sub unius magistri statuerunt * obediencia commorari, eo utique moderamine propositum suum et ordinem temperantes, ut, quia universa turba fidelium in coniugatos continentesque distinguitur et dominus Iesus Christus non solum pro viris sed[n)] et pro feminis quoque de femina nasci voluit et cum hominibus conversari, habeantur in ipso ordine, qui celibem, si voluerint, ducant vitam et consilium beati Pauli sequantur, qui dicit: ‹‹De virginibus autem preceptum Domini non habeo, con1Cor 7, 25 silium autem do››; sint etiam, qui iuxta institutionem Dominicam ad procreandam sobolem et incontinencie precipicium evitandum coniugibus suis utantur et una cum eis ad incolatum superne patrie de convalle lacrimarum et terrena transire peregrinatione nitantur et lacrimis[o)] diluant et operibus pietatis, si eos super[p)] fundamentum suum, quod Christus est, pro cura carnis et affectibus liberorum ligna, fenum, stipulam edificare contingat, cum alii expediciores et continentes edificent aurum, argentum et lapides preciosos, et isti tamen et illi militent uni regi et super[q)] unum[q)] fundamentum celestem unam hedificent mansionem promissione psalmiste in Domino roborati, qui minora quoque menbra ecclesie confortat et dicit: ‹‹Inperfectum Ps 138, 16 meum viderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur››.

In horum autem fidelium Christi collegio, cum bone memorie P(etrus) Ferandi[r, 4)] per voluntatem Dei magisterium[s)] super alios et providenciam suscepisset, cum qui-

---

[f)] *Bosquet, Migne:* cognatione. [g)] *Davor ein Paragraphenzeichen. Am Rande:* No(ta) de militia sa(n)cti Iacobi de Spata. [h)] *Bosquet, Migne:* temporibus*; s. die Empfängerüberlieferung.* [i)] -s- *über der Zeile.* [i)] *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* [k)] -s- *korr. aus* -c- *von späterer Hand.* [l)] *Das erste* -ss- *korr. aus* -c- *von späterer Hand.* [m)] *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* [n)] *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* [o)] lacrimas; lacrimis *bei Bosquet und Migne.* [p)] *Bosquet, Migne:* supra. [q–q)] *Bosquet:* supremum*; Migne:* supra. [r)] *Bosquet, Migne:* Fernandi. [s)] *Am Rande drei Punkte und ein Strich.*

4: tempore] temporibus*; s. Anm. h.* 5: Yspaniarum] Hyspaniarum. 5: gratulamur] gratulemur. 10: Iesu Christi] *fehlt*. 11: habitu et conversatione] conversatione et habitu. 15: quoque] de femina quoque. 15: hominibus] hominis. 28: P(etrus) Ferandi] Petr(us) Ferra(n)di.

[2)] Zur Entwicklung der Ordensregel vgl. Martín, *Origines*, 21–43, zum Stil und Inhalt des Privilegs Papst Alexanders III. Ferrari, *Alberto* (die Zuschreibung an Alberto de Morra [Gregor VIII.] diskutiert Martín, *ebd*., 21f., Anm. 5); Echániz Sans, *Mujeres*, 41ff.; *Prier et combattre* 68f., 848f.

[3)] Die Gründung des Ordens von Santiago, während des Pontifikats Alexanders III. (1159–1181), 1170 im Gefolge der Eroberung von Cáceres durch König Ferdinand II. von León. Vgl. Martín, *Origines*, bes. 11–19.

[4)] Pedro Fernández, erster Großmeister des Ordens von Santiago 1171–1184. Vgl. *DHEE* III 1820f., 1824; Martín, *Origines*, 134–139 und ad indicem; Canal Sánchez-Pagin, *Don Pedro*.

busdam fratrum suorum ad presenciam eiusdem nostri predecessoris accedens cum humilitate, qua debuit, a sede apostolica requisivit, ut eos tamquam peculiares filios in defensionem[t)] suam et locum, in quo capud ordinis factum fuerit, in ius et proprietatem sacrosancte Romane ecclesie recipere dignaretur.

Cum igitur ipse devotionem suam et bonum attendens [in Domino][u)] desiderium de communi fratrum suorum consilio pie petitioni eorum duxerit annuendum[5)], nos humilibus vestris precibus inclinati ad exemplar prefati predecessoris nostri in speciales ac proprios sacrosancte Romane ecclesie filios vos recipimus et ordinem vestrum auctoritate apostolica confirmantes presentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque pocessiones, quecumque bona in presenciarum iuste et legitime possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Lodium[6)] et monasterium cum cauto et pertinenciis suis; burgum de Ponte Minii[7)] contra Lodium cum suis pertinenciis; Crescente[8)] cum cauto et pertinenciis suis; Quintanella de Petro Herez[v, 9)] cum cauto et pertinenciis suis; Baria[10)] cum cauto et pertinenciis suis; Lentanio[w, 11)] cum suis pertinenciis; sanctum Saluatorem de Listriana[12)] cum cauto et pertinenciis suis; Mozot[x, 13)]

[t)] -s- *korr. aus* -c-. [u)] *So Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* [v)] *Bosquet, Migne:* Heres. [w)] *Migne:* Lintanio. [x)] *Bosquet, Migne:* Mosot.

5f.: desiderium] in Domino desiderium. 6: pie petitioni eorum] peticioni pie. 6: annuendum] intimandum. 9: presentis] presenti. 13: adipsici] obtinere. 16: Crescente] Cresce(n)te(m). 16: Quintanella] Quintanela. 17: pertinenciis suis] suis pertinentiis. 17: pertinenciis suis] suis pertinentiis. 18: cum cauto] fehlt. 18: Mozot] Mo(n)zot.

[5)] Papst Alexander III. nahm die Gründung am 10. März 1173 (?) in den päpstlichen Schutz (Dr.: Martín, *Origines*, 234, Nr. 59) und bestätigte den Besitz und die Regel am 5. Juli 1175: *JL* 12504; Dr.: Migne, *PL*, 200, 1024; Martín, *Origines*, 248, Nr. 73. Eine Bestätigung Lucius' III. vom 17. November 1184 (Mansilla, *Documentación*, 145, Nr. 124; Böhmer–Baaken–Schmidt, *Regesta Imperii*, II 66, Nr. 1265) bestätigte Innocenz III. am 19. Juli 1205 dem Großmeister Suero Rodriguez: Domínguez Sánchez, *Documentos*, 176, Nr. 114.

[6)] Santa María de Loyo, abgekommen, bei Portomarin, P. j. Chantada, Prov. Lugo, C. A. Galicia. Vgl. Lomax, *Orden*, 6f.; Martín, *Fernando*, 182. Zur Diskussion um den Ursprung des Ordens dortselbst vgl. Martín, *Origines*, 18f., 117f.

[7)] Puente de Miño, in Portomarin. S. die Schenkung durch König Alfons IX. 1188: Gonzalez, *Alfonso IX.*, II 15, Nr. 6; vgl. Martín, *Origines*, 118 mit Anm. 221; ders., *Fernando*, 188.

[8)] Crecente: Es gibt in den Prov. Pontevedra und Lugo in Galicia mehrere Orte dieses Namens. Vgl. Martín, *Fernando*, 182.

[9)] Pedro Hérez tätigte Landkäufe in Quintanilla zwischen 1144 und 1157: Martín, *Origines*, 181, Nr. 10; 183, Nr. 12, 13; 189, Nr. 28, und übertrug um 1173 den Ort an den Orden. Die genaue Lage (in Galicia) ist unbekannt. Vgl. *ebd.* 119 mit Anm. 249; Martín, *Fernando*, 174 mit Anm. 20, 188.

[10)] Barra, Ayuntamiento Coles, P. j., Prov. Orense, Galicia. Vgl. Martín, *Origines*, 118 mit Anm. 226; Martín, *Fernando*, 180.

[11)] Der Ort findet sich als „Lentango" in der Bestätigung König Ferdinands II. von León, 1181 (Martín, *Origines*, Nr. 122, S. 306), die genaue Lage ist unbekannt; vgl. *ebd.* 119 mit Anm. 253; ders., *Fernando*, 175, Anm. 24; 184.

[12)] San Salvador de Destriana, P. j. la Bañaleza, Prov. Léon, C. A. Castilla y León. Vgl. Martín, *Origines*, 66; Martín, *Fernando*, 182.

[13)] Monzón de Campos, P. j., Prov. Palencia, C. A. Castilla y León, wurde 1171 von König Alfons VIII. dem Orden übertragen: Martín, *Origines*, 217, Nr. 45; zur Identifikation vgl. *ebd.* 128, Anm. 374.

cum cauto et pertinenciis[y)] suis[y)]; Penagosen[14)] cum suis[z)] pertinenciis[z)]; sanctam Mariam de Pinel cum suis pertinenciis; Vcles[15)] cum suis pertinenciis; Alfarella[16)] cum suis pertinenciis; Orella[17)] cum suis pertinenciis; Mora[18)] cum suis pertinenciis; Morauega[19)] cum suis[aa)] pertinenciis; decime de Valera[20)] et de portatgo[21)] cum suis pertinenciis; Alcazar[22)] cum suis pertinenciis; Almadana[23)] cum suis pertinenciis; Laruda[24)] cum suis pertinenciis; Lazarza[25)] cum suis pertinenciis.

Sancimus[bb)] preterea, ne occasione antique detentionis sive scripture quisquam vobis possit auferre, que ultra memoriam hominum sub Sarracenorum detenta sunt potestate et de munificencia principum seu vestro studio et labore aut iam obtenta sunt aut[cc)] in futurum auxiliante Domino poteritis obtinere. Cum enim unica sit vobis intentio et singularis cura semper inmineat pro deffensione Christiani nominis decertare nec solum res sed et personas ipsas pro tuitione fratrum incunctanter exponere, plurimum posset hoc pium opus et laudabile studium impediri, si labores et stipendia vestra, que in commune proficiunt, preriperentur ab aliis et ociosi ac desides atque in laboribus suis non que Iesu Christi sed que sua sunt requirentes emolumenta illa perciperent, que pro tantis laboribus vobis et pauperum Christi usibus sunt provisa dicente Apostolo «Qui non laborat, non manducet».

vgl. 2Th 3, 10

[y–y]) *Bosquet, Migne:* suis pertinentiis*; s. die Empfängerüberlieferung.* [z–z]) *Bosquet, Migne:* pertinentiis suis. [aa]) *Fehlt bei Migne.* [bb]) *Davor ein Paragraphenzeichen.* [cc]) *Bis zum Ende der Seite längs des Briefes links am Rande ein senkrechter, verzierter Strich.*

1: pertinenciis suis] suis pertinentiis. 1: Penagosen] Pennagosent. 3f.: Morauega] Morauieia. 4: portatgo] portago. 6: Lazarza] Lasarça. 12: nec] non.

[14]) Peñausende, P. j. Bermillo de Sayago, Prov. Zamora, C. A. Castilla y León. Vgl. Martín, *Origines*, 14; Martín, *Fernando*, 187.

[15]) Uclés, Prov. Cuenca, C. A. Castilla–La Mancha, wurde 1174 dem Orden von Santiago übertragen, Zentrum des Ordens. Vgl. Martín, *Origines*, 35–38 und ad indicem; Rivera Garretas, *Encomienda*; *Prier et combattre* 942f.

[16]) Burg Alharilla, Alfariella, am Tajo, Prov. Cuenca. Vgl. Martín, *Origines*, 92–95, 106f.; 225, Nr. 52.

[17]) Burg Oreja, abgekommen, bei Ontígola, P. j. Ocaña, Prov. Toledo, 1171 von König Alfons VIII. dem Orden übertragen: Martín, *Origines*, 217, Nr. 45, vgl. *ebd.* 71, Anm. 106; 106–108.

[18]) Burg Mora, bei Orgaz, Prov. Toledo, 1171 von König Alfons VIII. dem Orden übertragen: Martín, *Origines*, 217, Nr. 45; vgl. *ebd.* 106.

[19]) Mora la Vieja, am Tajo, 1150 genannt. Vgl. *ebd.* 184, Nr. 14.

[20]) Valera, Mun. Las Valeras, Prov. Cuenca. Vgl. Lomax, *Orden*, 147, 166; Martín, *Origines*, 92–94 und ad indicem.

[21]) Gemeint ist das „portaticum", der „portazgo", das Recht auf den Wegzoll bei Valera, welches an Handelsstraßen gelegen war (anders Mansilla, *Documentación*, 645 [Index]: Portazgo, Prov. La Coruña). S. die Bestätigung König Alfons' VIII. von 1194: Martín, *Origines*, 469, Nr. 300; vgl. *ebd.* 80, 108.

[22]) Alcácer do Sol, Distr. Setúbal, Alentejo, Portugal. Vgl. Lomax, *Orden*, 10f., 136 und ad indicem; Martín, *Origines*, 103 mit Anm. 91; *Prier et combattre* 57f.

[23]) Almada, Distr. Setúbal. Vgl. Lomax, *Orden*, 10 und ad indicem; Martín, *Origines*, 103 mit Anm. 91.

[24]) Arruda dos Vinhos, Distr. Lissabon, Portugal. Die drei Orte erhielt der Orden 1186 von König Sancho I. Vgl. Lomax, *Orden*, 136; Martín, *ebd.*

[25]) Santa Cruz de la Zarza, P. j. Ocaña, Prov. Toledo. Vgl. Lomax, *Orden*, ad indicem (anders Martín, *Fernando*, 190, der einen unbekannten Ort im Königreich León vermutet).

Interea sane, que[dd)] in professionis vestre ordine statutum est observari, primum est, ut sub unius magistri obediencia in omni humilitate atque concordia sine proprio vivere debeatis[ee)] illorum fidelium exemplum habentes, qui ad fidem Christianam apostolorum predicatione conversi vendebant omnia et ponebant precium ad pedes illorum dividebaturque singulis, prout cuique opus erat, nec aliquis eorum, que possederat, quicquam suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia. vgl. Act 4, 34f. vgl. Act 2, 44; 4, 32

Ad suscipiendam quoque prolem, que in timore Domini nutriatur, et infirmitatis humane remedium iuxta insti*tutionem Domini et indulgenciam Apostoli, qui ait ‹‹Bonum est homini mulierem non tangere, propter fornicationem [autem][ff)] unusquisque uxorem suam habeat et similiter mulier[gg)] virum[gg)] suum››, qui continere nequiverit, coniugium sorciatur et servet inviolatam fidem uxori et uxor viro nec thori coniugalis continencia violetur. Si autem viri premortui fuerint et relicte ipsorum, que ordinem susceperunt, nubere voluerint, denuncietur hoc magistro sive commendatori, ut cum illius consciencia, cui mulier ipsa vult, nubat secundum verbum apostoli Pauli dicentis: ‹‹Mortuo viro soluta est mulier a lege viri; cui vult nubat tantum in Domino››, quod etiam de viris inteligitur observandum; una etenim utrique lege tenentur[hh)]. * fol. 5r vgl. 1Cor 7, 1f. Rm 7, 2 1Cor 7, 39

Statuimus quoque, ut nullus fratrum sive sororum post susceptionem ordinis vestri et promissam obedienciam vel redire ad seculum vel ad alium ordinem sine magistri licencia audeat se transferre, cum sint in ordine vestro loca statuta, ubi quisque districtius valeat conversari; discedentem vero nullus audeat retinere, sed ad ordinem suum per censuram ecclesiasticam, qui discesserit, redire cogatur.

Ut autem in ordine vestro cum maiori omnia deliberatione tractentur, statutum est inter vos, ut locus aliquis ordinetur, in quo per singulos annos in sollempnitate Omnium sanctorum generale capitulum teneatur, et sit ibi clericorum conventus et prior, qui eorum et aliorum clericorum, qui de ordine vestro fuerint, curam possit habere ac fratrum, cum necesse fuerit, provideat[ii)] animabus[jj)]. Sint autem et tredecim in ordine fratres, qui magistro, cum opus fuerit, in consilio et dispositione domus assistant et eligendi magistri curam habeant competentem[26)]. Prior siquidem clericorum, cum magister de hac luce migraverit, de domo et ordine sollicitudinem gerat. Cui sicut magistro omnes obedientes existant[kk)], donec per providenciam tredecim predictorum fratrum magistri electio celebretur[ll)]. Is, cum transitus magistri fuerit[mm)] auditus et cognitus, tredecim illos fratres sine dilatione aliqua convocabit et, si quisquam eorum infirmitate vel alia ex causa infra quinquaginta dies adesse nequiverit, cum aliorum consilio, qui presentes fuerint, alium absentis loco constituet[nn)], ut[oo)]

[dd)] *Bosquet:* quod. [ee)] *Am Rande mit Verweiszeichen*: No(n) h(abe)nt p(ro)priu(m). [ff)] *So Bosquet, Migne und die Empfängerüberlieferung.* [gg–gg)] *Bosquet, Migne:* virum mulier. *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* [hh)] *Am Rande:* Q(uod) possu(n)t uti matri(moni)o. [ii)] *Migne:* praevideat. [jj)] *Am Rande:* In celebritate Om(niu)m s(an)c(t)or(um) celebra(n)t cap(itu)lum gen(e-r)ale. [kk)] *Bosquet, Migne:* existent. [ll)] *Am Rande:* De el(e)ct(i)o(n)e mag(ist)ri. [mm)] *Migne:* fuerint. [nn)] c(on)stituant*; so auch die Empfängerüberlieferung;* constituet *bei Bosquet und Migne.* [oo)] *Davor* q- *durchgestrichen.*

9: fornicationem] fornicationem autem*; s. Anm. ff.* 12: continencia] continentis. 13: denuncietur] denuncientur. 21: discedentem] discedente. 31: tredecim] *fehlt*. 34: infra — nequiverit] adesse nequiverit infra quinquaginta dies. 35: constituet] constituant*; s. Anm. nn.*

[26)] Zur Institution der „Dreizehn“ und zur theologischen Bedeutung der Zahl (Christus und die 12 Apostel) vgl. Ferrari, *Alberto*, 77–85; *Prier et combattre* 929f.

magistri electio ex aliquorum absencia minime differatur. Illi vero tredecim fratres, si magister, qui pro tempore fuerit, pernitiosus aut inutilis apparuerit, cum consilio prioris clericorum et sanioris partis capituli maioris domus corrigendi aut etiam amovendi[pp)] eum habeant potestatem[qq)] et, si inter eum et capitulum aliquid emerserit questionis, debitum ei finem imponant, ne per aliena iudicia vel dilabatur ordo vel temporalis substancia dissipetur. In nullam autem ex hoc fratres illi superbiam eleventur, sed magistro suo devoti et obedientes existant. Quodsi quis eorum ex hac vita transierit vel pro culpa seu alia quacumque fuerit occasione mutandus, magister cum consilio reliquorum [aut][rr)] maioris partis alium loco eius substituat. In capitulo autem, quod annis singulis diximus celebrandum, tredecim isti fratres et commendatores domorum, nisi evidens et magna eos necessitas detinuerit, ad statutum locum incunctanter occurrant et communiter tractent, que ad profectum ordinis, animarum salutem et substentationem corporum fuerint statuenda; ubi precipue ad deffensionem[ss)] Christianorum intendere moneantur et districte precipiatur, ut in Sarracenos non mundane[tt)] laudis amore, non desiderio sanguinis effundendi, non terrenarum rerum cupiditate crassentur, sed id tantum in pugna sua intendant, ut vel Christianos ab eorum tueantur incurssu vel ipsos ad culturam possint Christiane fidei provocare. Eligantur et tunc visitatores ydonei, qui domos fratrum per anni circulum fideliter visitent et, que ibi digna correctione inveniunt[uu)], aut ipsi corrigant aut ad generale capitulum defferant corrigenda. Clerici preterea vestri ordinis per villas et oppida simul maneant et priori, qui super eos fuerit ordinatus, obedientes existant et filios fratrum, qui eis a magistro commissi fuerint, instruant sciencia literarum et fratribus tam in vita quam in morte spiritualia subministrent[vv)]. Induentur autem superpelliciis
* fol. 5v et conventum et claustrum sub priore suo tenebunt et humiliter facient, quod * ab ipso illis secundum Deum fuerit imperatum; ubi quoque[ww)] fratres[ww)], de quibus magistro visum fuerit, conversentur et non sint ociosi, sed vacent orationi et aliis operibus pietatis; clericis vero de laboribus et aliis bonis a Deo prestitis decime reddantur a fratribus, unde[xx)] libros et congrua ecclesiarum faciant ornamenta et in necessitatibus corporis convenienter sibi provideant et, si aliquid superfuerit, secundum providenciam magistri in usus pauperum erogetur.

Ut[yy)] autem concordia inter vos caritasque[zz)] servetur et a peccato detractionis et murmuris cuncti debeant abstinere, qui commendator in quolibet loco fuerit institutus, pro facultate domus in sanitate et egritudine, quod cuique opus fuerit, cum[aaa)] ea sollicitudine ac benivolencia subministret, ut neque in substancia parcitatem nec in verbo amaritudinem gerere videatur[aaa)]. Sit vobis precipua cura hospitum et indigencium[bbb)] et necessaria illis pro facultate domus liberaliter conferantur.

---

pp) *Bosquet, Migne:* admonendi; ammouendi *in der Empfängerüberlieferung.* qq) *Am Rande:* De corr(e)ct(i)o(n)e mag(ist)ri. rr) *So Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* ss) -s- *korr. aus* -c-. tt) *Am Rande eine verweisende Hand.* uu) *Bosquet, Migne:* invenerint*; s. die Empfängerüberlieferung.* vv) *Am Rande:* De filiis fratru(m). ww–ww) *Bosquet, Migne:* fratres quoque*; s. die Empfängerüberlieferung.* xx) *Darnach* possint *durch Unterpungierung getilgt.* yy) *Davor ein Paragraphenzeichen.* zz) *Am Rande eine verweisende Hand.* aaa–aaa) *Am Rande eine Klammer.* bbb) *Am Rande eine verweisende Hand.*

4: amovendi] ammouendi*; s. Anm. pp.* 8: mutandus magister] magister mutandus. 9: reliquorum] reliquorum aut*; s. Anm. rr.* 9: substituat] substituet. 12: ordinis] *fehlt.* 14: precipiatur] precipiantur. 17: ab eorum] *fehlt.* 19: ibi] ibi ibi. 19: inveniunt] invenerint*; s. Anm. uu.* 22: commissi] commissum. 25: quoque fratres] fratres quoque*; s. Anm. ww–ww.* 30: in usus pauperum] *fehlt.* 35: hospitum] hospitium.

Exhibeatur[ccc] prelatis ecclesiarum honor et reverencia, subministretur cunctis Christi fidelibus canonicis, monachis, Templariis, Hospitalariis aliisque in sancte religionis observancia positis consilium et auxilium. Quorumlibet etiam indigencia, si facultas fuerit, sublevetur, ut et Deus in vestris glorificetur operibus et alii, qui viderint, humilitatis et[ddd] caritatis vestre provocentur odore.

Ad[eee] hec adiciendum decrevimus, ut, si locus aliquis, in quo episcopus esse debeat, in vestram venerit potestatem, sit ibi episcopus, qui cum ecclesiis et clero suo designatos[ddd] sibi redditus et pocessiones et episcopalia iura percipiat; reliqua vero cedant in usus vestros[fff] et in vestra dispositione sine cuiusquam contradictione percistant. Profecto in parrochialibus ecclesiis, quas habetis, nolumus episcopos suo iure fraudari. Si autem in locis desertis aut ipsis terris Sarracenorum de novo ecclesias construxeritis, ecclesie ille plena gaudeant libertate nec aliqua per episcopos decimarum aut alterius rei exactione graventur; liceatque vobis per clericos vestros ydoneos easdem ecclesias cum suis plebibus gubernare nec interdicto per episcopos vel excommunicationi subdantur, sed fas sit vobis tam in maiori ecclesia, que capud fuerit ordinis, quam in illis eciam excommunicatis et interdictis exclusis divina semper officia celebrare.

Preterea[ggg], ne humanis vexationibus et calumpniis a defentione Christianorum retrahi valeatis, apostolica auctoritate decernimus, ne personas vestras preter legatum apostolice sedis a latere Romani pontificis destinatum interdicere quisquam aut excommunicare presumat; quod etiam de familiis et servientibus vestris statuimus, qui stipendia vestra percipiunt, donec iusticiam parati fuerint exhibere, nisi forte talis fuerit culpa, ex qua ipso facto ecclesiasticam censuram incurrant.

Crisma[hhh] vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque ulla pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis, quemcumque malueritis[iii], adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Liceat preterea vobis in locis vestris, ubi quatuor vel plures fratres fuerint, oratoria construere, in quibus fratres et familie vestre tantum et divinum audire officium et sepulturam Christianam possint habere. Ita enim volumus necessitati vestre consulere, ut non debeant ex hoc adiacentes ecclesie iniuriam sustinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Presenti nichilominus decreto sancimus, ut siquis in aliquem vestrum[jjj], fratrum[jjj] videlicet vel sororum, violentas manus iniecerit, excommunicationis sententia sit astrictus et illud idem pro tutela vestra tam in sentencia quam

---

[ccc]) *Davor ein Paragraphenzeichen.* [ddd–ddd]) *Am Rande eine Klammer.* [eee]) *Davor ein Paragraphenzeichen.* [fff]) *Am Rande eine verweisende Hand.* [ggg]) *Davor ein Paragraphenzeichen. Am Rande:* Exemptio. [hhh]) *Davor ein Paragraphenzeichen.* [iii]) *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* [jjj–jjj]) fr(atru)m *[vielleicht wollte der Kopist* fratrem *schreiben]* v(est)r(u)m*; so auch die Empfängerüberlieferung;* vestrum fratrum *bei Bosquet und Migne und auch in der Urkunde Alexanders III.: Martín, Origines (wie Anm. 5) 253.*

1: subministretur] subministrentur. 4: sublevetur] subleventur. 4: et Deus] Deus. 16: et] etiam et. 28: quemcumque] quecumque. 31: sepulturam — habere] Christianam habere valeant sepulturam. 36: vestrum fratrum] fr(atru)m v(est)r(um)*; s. auch Anm. jjj–jjj.*

in pena servetur, quod sub felicis memorie papa Innocencio, predecessore nostro, de tuitione clericorum generali[kkk)] concilio noscitur institutum[27)].

Decernimus[lll)] ergo, ut nulli omnino hominum liceat iura vel pocessiones vestras temere perturbare aut vestra bona auferre vel ablata retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur eorum, pro quorum
* fol. 6r gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis * profutura[mmm)]; salva sedis apostolice auctoritate. Ad[nnn)] indicium autem huius a sede apostolica percepte libertatis decem Malachinos[28)] nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis[ooo, 29)]. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem vobis vestra iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

---

kkk) *Migne:* in generali. lll) *Davor ein Paragraphenzeichen. Bis zum Ende des Br. am linken Rand eine Klammer, rechts drei Punkte und ein Strich.* mmm) profitura. nnn) *Davor ein Paragraphenzeichen.* ooo) *Am Rande:* Solvit censu(m) i(n) signu(m) exempt(i)o(n)is.

5: conserventur] conservetur, 10: temere] *fehlt*. 11: potestatis] potestas. 12: dignitate careat] careat dignitate. 13: Domini] *fehlt*. 14: Iesu Christi] *fehlt*. 17: Amen] Amen, amen, amen.

Folgende Kardinäle unterschrieben:

Petr(us) Portuen(sis) et sancte Rufine episcopus
Ioh(anne)s Alban(ensis) episcopus
Ioh(anne)s Sabin(ensis) episcopus
Nicholaus Tusculen(sis) episcopus
Guido P(re)nestin(us) episcopus
Hugo Hostien(sis) et Velle(trensis) episcopus

Cinthi(us) tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis
Centi(us) sanctorum Ioh(ann)is et Pauli presbiter cardinalis tituli Pamachii
Petr(us) tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis
Petr(us) sancte Pudentiane tituli Pastoris presbiter cardinalis

Gregori(us) sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis
Guido sancti Nicholay in Carcere Tull(ian)o diaconus cardinalis
Ioh(anne)s sancte M(arie) in Via Lata diaconus cardinalis

27) Papst Innocenz II.: Conc. Lat. II, c. 15 (*COD*³ 200) = *Decretum Gratiani* C. 17 q. 4 c. 29 (Friedberg, *CorpIC*, I 822). Vgl. C. 17 q. 4 p. c. 20 § 1, 2; C. 11 q. 3 p. c. 24 § 3 (*Ebd*. 820, 651).

28) Malachinus (Melechinus), ein im 11. Jh. bezeugter und im 12. Jh. in Umlauf befindlicher, in Malaga geprägter Morabotino (Marabotinus), eine almoravidische Goldmünze. Vgl. Botet y Sisó, *Monedes*, I 65, 67f.; III 557 (Index); Gil Farrés, *Historia*, 195, 195, 217; Mateu y Lopis, *Morabetinos*, 182f.; Canto García–Ḥāfiẓ Ibrāhīm, *Moneda*, 274, 319; zum Gebrauch an der Kurie vgl. Fabre–Duchesne, *Liber Censuum*, I 6f., Anm. 1; III 29 (Index). Zum Morabotino Pfaff, *Einnahmen*, 98, 108–110; Spufford, *Handbook*, 155; *LMA* 6 (1993) 162, 215.

29) Vgl. Fabre–Duchesne, *Liber Censuum*, I 219, 221.

Datum Laterani per manum Iohannis, sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, sancte Romane ecclesie cancellarii[30)], VIII Idus Marcii, indictione XIII[a], incarnationis Dominice anno M°CC°VIIII°, pontificatus vero d(omi)ni Innocencii pape III anno XIII°.

12.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Desiderius) von Csanád und dem Abt von Cikádor, den Bischof K(alán) von Pécs, (den seine Gegner des Inzests mit seiner Nichte beschuldigt haben und) der den Reinigungseid, den der Papst ihm auf Drängen seines Prokurators auferlegt hat, (in Ermangelung von bischöflichen Eidhelfern) nicht leisten konnte, vor Behelligungen wegen dieses (vom Papst nicht mehr verlangten) Eides und vor allen weiteren böswilligen Machenschaften zu schützen und gegebenenfalls dem Papst zu berichten.

Lateran, 1210 März 9.

Reg. Vat. 8, fol. 6r <Nr. 12>.
Bosquet 16, Nr. 12 = Baluze II 415, Nr. 12 = Migne, PL, 216, 211, Nr. 12. — Potth. Reg. 3930.

Cenadiensi episcopo[1)] et abbati de Cikedor[2)], Quinquecelesiensis[a)] diocesis.

Cum in iuventute sua venerabilis frater noster G(alanus)[b)], Quinquecelesiensis[c)] episcopus[3)], adeo se maturum, honestum et providum exhibuerit, ut propter suavem sue probitatis odorem ab ecclesia Romana meruerit ornamento pallei decorari[4)], non

---

Guala sancte M(arie) in Porticu diaconus cardinalis
Oct(auianus) sanctorum Sergi et Bachi diaconus cardinalis
I(ohannes) sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis
Pelagi(us) sancte Lucie ad Septa Solis diaconus cardinalis.

30) S. Br. XIII 5 Anm. 53.

12. a) *Bosquet, Migne:* Quinquecclesiensis. b) *Bosquet, Migne:* C. *So auch in den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 29r).* c) *Bosquet, Migne:* Quinquecclesiensis. *In den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 29r):* Quinq(ue) ecc(lesi)ar(um).

12. 1) Desiderius, B. von Csanád (Suffr. von Kalocsa; ht. Cenad) 1202 (1204)–1229. Vgl. *Dict. HGE* 13 (1956) 1080; Juhász, *Tschanad-Temesvarer Bistum*, 114–131.

2) Zist.-Abtei Cikádor, Diöz. Pécs, Comitat Tolna. Vgl. *Dict. HGE* 12 (1953) 829; Hervay, *Repertorium*, 83–89; Romhányi, *Kolostorok*, 17. Zu den frühen, nicht datierbaren Äbten vgl. Békefi, A *czikádori apátság története*, 101; *MGH Necr.* V, 719f. (Index).

3) Kalán, B. von Pécs (Fünfkirchen) (Suffr. von Esztergom [Gran]) 1186–1218. Vgl. Koller, *Historia*, I 235–242; Sweeney, *Esztergom Election Dispute*, 120, 126 (mit Anm. 43)–130; ders., *Papal-Hungarian Relations*, 246–248; Hirte, *Innozenz III. als Richter*, 8–24; Fedeles–Koszta, *Pécs*, 59–65.

4) B. Kalán hatte von Papst Coelestin III. das Pallium ad personam empfangen. Er urkundete 1193 als „episcopus palleatus et totius Dalmatie atque Chroatie gubernator“: Smičiklas, *Codex diplomaticus Croatiae*, II, Nr. 244, S. 259; Nr. 250, S. 265. Vgl. Sweeney, *Esztergom Election Dispute*, 126 mit Anm. 44; Fedeles–Koszta, *Pécs*, 60.

est de levi credendum, quod, postquam ad senilem pervenit etatem[d)] et cetera; require supra in regesto noni[e)] anni eiusdem domini Innocen(cii) tercii pape, datum Ferentini, Non. Iulii[5)], in eumdem modum per totum usque non[f)] duximus iterandum, cum et karissimus in Christo filius noster A(ndreas), rex Vngarorum[6)] illustris, eum per suas litteras valde nobis reddiderit commendatum[g, 7)] asserens et cetera usque precipiendo mandamus[h)], quatinus, cum per episcopum ipsum non steterit, quominus purgaverit semetipsum, quando purgationem curavit offerre, non ut ratum haberet, quod a nuncio suo fuerat procuratum, sed ne mandatum apostolicum[8)] contempnere videretur, non sinatis ipsum ulterius occasione predicti mandati ab aliquo molestari, sed si videritis contra eum studia continuari[i)] maligna, non permitatis ipsum iniquis machinationibus conculcari, quia vehementer presummimus ex verisimilibus coniec-

---

[d)] *Br. IX 113 Bd. 9 S. 207 Z. 2. Am Rande eine Klammer und:* De purgat(ione), *und von anderer Hand:* cano(nica) *(X 5. 34. 12 = Br. IX 113). S. Br. IX 113 Bd. 9 S. 207 Z. 2–8:* turpiter abiecerit iugum Domini fetores et feditates libidinis amplexando, cum labes huiusmodi, que nonnumquam in iuventute contrahitur, in senectute frequentius expietur. Quis preterea de facili crederet, quod vir preditus scientia litterarum proprie salutis oblitus ad eam passionis ignominiam se converteret, ut cum propria nepte abhominabilem perpetraret incestum, cum etiam secundum sententias ethnicorum naturale fedus inter tales personas nichil permittat sevi criminis suspicari? [e)] *Bosquet:* noui. [f)] *Br. IX 113 Bd. 9 S. 209 Z. 8. S. ebd. 208 Z. 4–8:* Unde quidam procurator ipsius in nostra presentia constitutus de consilio quorundam amicorum suorum, qui super hoc bonum quidem zelum habebant, sed non secundum scientiam, cepit a nobis in presentia fratrum nostrorum cum instantia postulare, quatinus eidem episcopo purgationem canonicam faceremus indici, ut suam innocentiam demonstraret. … *Z. 30–S. 209 Z. 8:* … idem episcopus ad presentiam eius accedens unum de coepiscopis secum adduxit, qui eum purgare volebat, et alius de coepiscopis scripsit illi, quod, cum foret ab ea, qua detinebatur, egritudine liberatus, ad ipsum procederet expurgandum, sed in recipienda purgatione procedere noluit, tum quia collega eius tunc temporis erat absens, tum quia unus de compurgatoribus erat egrotus, rescribens nobis, si bene recolimus, quod, licet idem episcopus se posset honeste purgare, purgatione tamen minime indigebat, maxime cum cessante causa cessaret effectus. Inde siquidem fuit, quod nos mandatum purgationis. [g)] *Am Rande:* In favorem diffamati per invidos. [h)] *Br. IX 113 Bd. 9 S. 209 Z. 22f.* [i)] -tinu- *wahrscheinlich korrigiert aus* -cinn-. *Bosquet, Migne:* concinnari. *Im Text stand ursprünglich* concinnari *wie im Br. IX 113 Bd. 9 S. 209 Z. 27f., was Bosquet übernahm;* continuari *war vermutlich zur Korrektur am Rande vorgemerkt, was ähnlich wie das Weglassen von* nuper *(Br. IX 113 Bd. 9 S. 209 Z. 10) und des Passus über die Angemessenheit des Reinigungseides (ebd. Z. 23f.) wie auch die Einfügung von* ulterius occasione predicti mandati ab aliquo molestari *(oben Z. 9) den Text zeitlich und inhaltlich an die neue Situation angleichen sollte. Der Kopist von Reg. Vat. 8 übersah das zunächst, aber entweder noch er selbst oder ein späterer Korrektor nahm die Verbesserung im Text vor. Vgl. Ähnliches in den Briefen II 72 (75) Anm. e, V 49 (50) Anm. d, 70 (72) Anm. c, VI 75 Anm. yy, 179 (181) Anm. cc, VIII 155 (154) Anm. k, vielleicht auch I 10 Anm. e.*

[5)] Br. IX 113 vom 7. Juli 1206 im Reg. Vat. 7 fol. 100^{r}–101^{r}. Der Bischof war des Inzests mit seiner Nichte beschuldigt, von einer Kommission seiner Mitbischöfe jedoch für unschuldig erklärt worden. S. Br. IX 113 Bd. 9 S. 207 Z. 6f., 18–20, und S. 206 Z. 19–21 zu den Dekretalensammlungen, in die der Brief aufgenommen wurde. S. auch oben Anm. d.

[6)] Andreas II., König von Ungarn 1205–1235.

[7)] Vgl. Br. VIII 89 (88) Bd. 8 S. 166 Z. 13–16, dort allerdings bezogen auf die Postulation B. Kaláns zum EB. von Esztergom.

[8)] Br. VIII 99 (98) vom 19. Juni 1205 an den B. von Csanád und den Abt von Cikádor, mit dem der Papst dem Bischof Kalán die Leistung des Reinigungseids auferlegte, nachdem dessen Prokurator sie angeboten hatte, obwohl der Papst davon abriet, da es wegen des Konflikts um die Besetzung des Erzbistums Esztergom keine unbefangenen Bischöfe in Ungarn gebe. Der Reinigungseid kam wegen Verhinderung eines der Delegaten und Erkrankung eines Eidhelfers tatsächlich nicht zustande. Vgl. Br. IX 113 S. 208 Z. 4–S. 209 Z. 7.

turis, quod aliqui contra eum invidia torqueantur deiectionem ipsius exaltationem[j] propriam extimantes; significaturi nobis, cum expedire videritis, de singulis circumstanciis veritatem.

Datum Laterani, VII Idus Marcii, pontificatus nostri anno XIII[o].

13.

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof von Neopatrai, dem Bischof (Arnulf) von Thermopylai und dem Elekten von Aulon, den zum Erzbischof von Thessalonike postulierten Erzbischof (Guarinus) von Verissa die Verwaltung der Temporalien von Thessalonike weiterhin ausüben zu lassen und ihn nach Abschluss der Untersuchungen über seine Postulation und sein Verhalten in Thessalonike, mit oder ohne Einsicht in die Zeugenaussagen einer Voruntersuchung, wenn nichts gegen ihn vorliegt, als Erzbischof einzusetzen, andernfalls die Postulation zu kassieren und die Wahlberechtigten zur Neuwahl zu ermahnen oder, wenn keine geeignete Person gefunden wird, dies dem Papst mitzuteilen, welcher dann einen Erzbischof ernennen wird.

Lateran, 1210 März 11.

Reg. Vat. 8, fol. 6^{r}–7^{r} <Nr. 13*>.*

Bosquet 17, Nr. 13 = Baluze II 416, Nr. 13 = Migne, PL, 216, 213, Nr. 13; Haberstumpf, Cartario, II 83, Nr. 9. — S. unten Abb. III. — Potth. Reg. 3934; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 519, Nr. 3; Haberstumpf, Regesto, 60, Nr. 86.

Archiepiscopo Neopatrensi[1] et ..[a] Cermopilensi episcopo[b, 2] et .. electo[b] Auelensi[c, 3].

Olim[d] dilecti filii canonici sancte Sophie Thesalonicen(ses)[e, 4] suas nobis litteras direxerunt, per quas una cum dilecta in[f] Christo filia[f] nobili muliere relicta marchionis Montisferrati[5] necnon et dilectis filiis nobilibus viris comite de Blandra-

---

[j]) *Am Rande eine Klammer.*

13. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b–b]) *Durch Zeichen umgestellt aus* e(lec)to et .. ep(iscop)o*; bei Bosquet und Migne fehlt der Gemipunctus.* [c]) *Bosquet, Migne:* Avelelensi. [d]) *Am Rande:* Rex Thesalonicen(sis). [e]) *Bosquet und Migne passim:* Thessalonicen-. [f–f]) *Migne:* filia in Christo.

13. [1]) Der lateinische Erzbischof von Neopatrai (Griechenland), bezeugt seit 1208, wahrscheinlich ein Vorgänger des 1215 bezeugten Benediktiners Johannes aus Gembloux. S. Br. XIV 98 (Migne, *PL*, 216, 460). Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, II 180; Van Tricht, *Latin Renovatio*, 226 mit Anm. 266 und 267.

[2]) S. Br. XIII 6 Anm. 2.

[3]) Aulon, ht. Aulonari, Suffr. von Athen, Euböa, Griechenland. Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, II 29; Koder–Hild, *Hellas*, 130f.

[4]) Die Kirche St. Sophia in Thessalonike, die 1205 von den Lateinern zur Kathedralkirche mit Domkapitel (nach dem Vorbild der Hagia Sophia in Konstantinopel) gemacht wurde. Vgl. Janin, *Église latine*, 211f.

[5]) Maria (Margarethe), Witwe Kaiser Isaaks II. Angelos (1185–1195, 1203/1204) und des Markgrafen Bonifaz von Montferrat (s. unten Br. XIII 33 Anm. 2), gest. zwischen 1223 und 1231. Vgl.

to[g] baiulo[6] et aliis Thesalonicensis regni baronibus, qui super hoc ipso sua nobis scripta misere, nostro humiliter apostolatui supplicarunt, ut postulationem, quam iidem canonici predictorum accedente favore de venerabili fratre nostro Verisiensi[h] archiepiscopo[7] se fecisse dicebant, admittere dignaremur, cum per ipsius circumspectam prudenciam et circumspectionem prudentem singulariter quasi sperarent non solum ecclesie sed et regni posse necessitatibus[i] provideri. Unde nos venerabilibus fratribus nostris Larisseno[8] et[j] Thebano[9] archiepiscopis dedimus in preceptis[10], ut inquisita diligenter et cognita veritate, si postulationem ipsam ab hiis, qui eam celebrare potuerant [et debuerant][k], invenirent canonice celebratam et prefatum archiepiscopum, sicud a quibusdam nobis fuerat intimatum, administrationi Thesalonicensis ecclesie se minime ingessisse, propter multam necessitatem admitterent[l] vice nostra postulationem eandem.

Nuper autem idem archiepiscopus ad presentiam nostram accedens litteras nobis non solum karissimi in Christo filii nostri Constantinopolitani imperatoris[11] illus-

---

[g]) *Bosquet, Migne:* Blandraco. [h]) *Bosquet:* … Verisiensi. [i]) *Über dem zweiten* -t- *ein überflüssiges Kürzungszeichen.* [j]) *Bosquet:* … et. [k]) *So Bosquet und Migne. S. auch Br. XI 166 (171) Bd. 11 S. 260 Z. 15.* [l]) *Am Rande:* Ut admitat(ur) postul(ati)o.

Tăutu, *Margherita di Ungheria*; Wolff, *Organization*, 37f. Sie fungierte als Regentin von Thessalonike für ihren und Bonifaz' Sohn Demetrius (s. Br. XIII 34 Anm. 6) im Konflikt mit der lombardischen Partei, die Bonifaz' Sohn aus erster Ehe, Wilhelm von Montferrat, als Nachfolger lancieren wollte.

[6]) Oberto (II.), Graf von Biandrate (Prov. Novara), Verwandter des Markgrafen von Montferrat und 1208 Bailli des Königreichs Thessalonike, Führer der lombardischen Partei dortselbst, bezeugt bis 1229, gest. vor 1237. Vgl. Longnon, *Compagnons*, 236f.; *DBI* 10 (1968) 280–282; Setton, *Papacy*, I 27–29 mit Anm. 3; Haberstumpf, *Conti di Biandrate*, 164–173; Pokorny, *Thessaloniki*, 588f. mit Anm. 140f. Vgl. auch Gerland, *Geschichte*, 161, 170, zu seiner Unterstützung der Postulation.

[7]) Guarinus (Warin, aus Douai, Flandern, Kanoniker von Saint-Amé in Douai), lateinischer EB. von Verissa (Brysis, ht. Pınarhisar, Thrakien, Türkei) 1207 (s. Br. X 35)–1210, 1208 zum EB. von Thessalonike postuliert (s. Br. XI 166 [171]), EB. von Thessalonike (s. Br. XV 18 [Migne, *PL*, 216, 555]) bis 1239 (seit 1222 von seinem Sitz vertrieben), Kanzler des Lateinischen Königreichs. Vgl. Janin, *Église latine*, 207–210; Fedalto, *Chiesa latina*, II 260, 249; Wolff, *Organization*, 39, Anm. 26; Longnon, *Compagnons*, 187f.; Soustal, *Thrakien*, 220f.; Pokorny, *Thessaloniki*, 557, Anm. 48; Van Tricht, *Latin Renovatio*, 225f. und ad indicem.

[8]) Erzbistum Larissa (Thessalien, Griechenland), bis 1224 sind lateinische EB. bezeugt; 1212 wurde die Stadt vom Despoten Michael von Epiros rückerobert. Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, I 295, II 153; Koder–Hild, *Hellas*, 198f.; Preiser-Kapeller, *Episkopat*, 229f. Der namentlich nicht bekannte erste Erzbischof von Larissa war ein wichtiger Vertreter der „kirchlichen" Partei in der Auseinandersetzung mit den lateinischen Landesherren um die kirchlichen Rechte und Besitztümer und Adressat (Br. XI 117 [122], 148 [153], 150 [155], 155 [160], 166 [171], 238 [244], 239 [245], 246 [252], XIII 105 [106], 159 [161]–162 [164], 167 [169]–171 [173]) und Impetrant (Br. XI 147 [152], 149 [154], 184 [189], XIII 100–104 [105]) zahlreicher Briefe Innocenz' III. zwischen 1208 und 1210. Vgl. auch Gerland, *Geschichte*, 198f.

[9]) Der erste lateinische — nachdem der griechische EB. Emanuel nach der Eroberung 1205 durch Bonifaz von Montferrat seinen Sitz nach Andros verlegt hatte — EB. von Theben (Griechenland) ist 1206–1209 bezeugt. S. Br. XIII 136 (138). Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, I 310–312, II 244; Pokorny, *Thessaloniki*, 556 mit Anm. 45; Preiser-Kapeller, *Episkopat*, 437.

[10]) Br. XI 166 (171) vom 1. November 1208.

[11]) Heinrich von Flandern und Hennegau, 1205 Regent, 1206–1216 Kaiser des Lateinischen Kaiserreichs von Konstantinopel. Vgl. Longnon, *Compagnons*, 140–145; *LMA* 4 (1989) 2062; Van Tricht, *Idée imperiale*.

tris et prefati Thebani archiepiscopi, verum etiam aliorum multorum presulum et magnatum causam eius multipliciter commendancium presentavit, inter quos specialiter memoratus Thebanus archiepiscopus * se scire veraciter fatebatur, quod ab illis, * fol. 6v
quos communis clerus et populus habebant in ecclesia Thesalon(icensi) canonicos, unanimiter fuerat postulatus assenciente prefata nobili et predicto comite tunc baiulo cum aliis regni baronibus hoc ipsum propter necessitatis instantiam expetente. Qui tandem, licet ab eodem imperatore conpulsus ad civitatis custodiam remansisset, non tamen in archiepiscopalibus domibus sed in quadam turri eiusdem civitatis se cum suis militibus et familia recollegit, in qua laudabiliter opus iniuncte sibi custodie procuravit implere. Que omnia quamquam idem Thebanus plene novisset, nostro tamen mandato recepto una cum collega suo Larisseno archiepiscopo ad predictam civitatem accessit, ubi familiares predicti comitis contra postulatum instructi, Albertus videlicet Thesalon(icensis) canonicus, qui eum canonicare postulaverat, prout idem Thebanus se a pluribus asserit didicisse ac etiam imperator illum hoc in sua presencia recognovisse testatur, et H., qui dicti comitis extiterat cancellarius, eorum se conspectui presentarunt, quos vitare minime potuerunt, quin atestationes eorum apud conscienciam ipsius Thebani archiepiscopi, prout idem[m)] asserit, minus veras tamquam inquisitores negocii diligenter audirent easque nostro examini reservantes, eidem postulato amministrationem temporalium commisere considerantes desolationem ecclesie, regni ancxietatem et favorem imperatoris ac etiam omnium Latinorum.

Idem autem Verisiensis archiepiscopus in nostra presencia recognovit, quod statim post postulationem suam requisitus a comite, ut sibi unam et cuidam nobili laico aliam daret prebendam, respondit, quod illud[n)] ad se minime pertinebat, et subiungente comite, quod ratione sedis vaccantis ipsemet sibi et illi nobili huiusmodi prebendas conferret, adiecit, quod hoc ipse nec concedebat nec etiam denegabat, cum ad se talis concessio vel negatio non spectaret. Recognovit insuper, quod in ingressu Thesalonicensis ecclesie canonici et clerici civitatis ‹‹Te Deum laudamus›› ipso dicente ‹‹non michi sed vobis cantatis›› motu proprio cecinerunt et illis eum inthronizare volentibus non est passus, temporalia quoque ipsius ecclesie de prefate nobilis et baiuli voluntate clericis ecclesie presentibus et non contradicentibus ad sustentandum se ac suos pro civitatis defentione percepit exigens et recipiens adiutorium nichilominus a Grecis[o)] tam clericis quam laicis propter sustentationem eandem et propter necessitatem terre ad nimiam commorancium ibidem instanciam. Ad titulum Verisiensis[p)] ecclesie sicut viator duos presbiteros et totidem diaconos ac subdiaconos unumque acolitum ordinavit necnon prenominate nobili non utique pro regalibus sed pro suspitione tollenda solummodo tutum et honestum, quamdiu esset cum ipsa, promisit.

Quia igitur archiepiscopo ipso apud sedem apostolicam expectante non conparuit pars adversa nec prelibate atestationes nobis presentate fuerunt, nolentes ex tali dilatione Thesalonicensem ecclesiam sustinere iacturam discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus[q)], quatinus, cum memorata nobilis nuper etiam per speciales nobis litteras intimaverit, quod et sibi placeat, quicquid nobis de negocio ipso placet, atestationes ipsas vel earum originalia, que apud inquisitores credimus remansisse, si forsan interim nobis[r)] fuerint destinate, faciatis vobis absque dila-

---

[m)] *Bosquet:* quidem. [n)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [o)] *Am Rande drei Punkte und ein Strich; darunter:* Laudat(ur) postulat(us), q(uod) se no(n) ingessit admi(ni)strationi. [p)] Versien(sis). [q)] *Bosquet:* percipimus. [r)] *Migne:* vobis.

tione qualibet exhiberi et facientes interim eundem archiepiscopum amministratione gaudere, que sibi commissa fuit, sicud superius est expressum, atestationibus ipsis diligenter inspectis, nisi aliquid[s)] grave sufficienter inveneritis esse probatum, quod postulationem[t)] merito impedire debuerit, vice nostra sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo admittatis[u)] eandem et absolventes eum a vinculo, quo Verisiensi ecclesie tenebatur, prefigatis ei terminum competentem, infra quem palleum, quod sub nomine ipsius ecclesie Verisiensis accepit, nobis remitere non postponat, aliud dante Domino, prout convenit, ad nomen Thesalonicensis ecclesie recepturus, facientes a subditis obedienciam et reverenciam debitam exhiberi. Si autem casu aliquo atestationes predictas vel earum habere originalia nequiveritis, nichilominus ad finem negocii per inquisitionem debitam procedere non tardetis. Quodsi forsan grave
* fol. 7r aliquid inve*neritis esse probatum, propter quod eadem postulatio sit merito respuenda, cassata ipsa illos, ad quos pertinet electio Thesalonicensis ecclesie, moneatis, ut personam idoneam, si quidem in partibus illis reperta fuerit, absque mora per electionem seu postulationem canonicam concorditer sibi preficiant in pastorem. Si vero propter personarum deffectum, quo non solum [ipsam][v)] ecclesiam sed et totam provinciam credimus laborare[w)], personam idoneam non potuerint ad eius regimen invenire, vos id nobis per vestras litteras intimetis; qui si canonici memorati cum favore nobilis sepedicte per litteras, quas a vobis[x)] ad hoc diligenter commmonita nobis duxerit destinandas, expresso poposcerint, eis auctore Domino dignum pontificem de nostris manibus consecratum et decoratum palleo, insigni videlicet plenitudinis pontificalis officii[12)], curabimus destinare, qui et sciet et poterit cum sapiencie divine potencia commissam sibi ecclesiam spiritualiter et temporaliter gubernare.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera.

Datum Laterani, V Idus Marcii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

14.

Innocenz III. trägt den Domkanonikern R. und A. von Athen und dem Domkanoniker Magister G. von Domokos auf, dafür zu sorgen, dass die Übertragung der Hälfte des Einkommens und Vermögens der Kirche von Theben durch den Erzbischof an die Domkanoniker eingehalten wird.

Lateran, 1210 März 9.

Reg. Vat. 8, fol. 7r <Nr. 14>.

Bosquet 19, Nr. 14 = Baluze II 418, Nr. 14 = Migne, PL, 216, 215, Nr. 14. — S. unten Abb. III. — Potth. Reg. 3931; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 519, Nr. 1.

---

s) *Bosquet, Migne:* aliquod. t) *Am Rande:* Mandat(ur) admitti postul(ati)o. u) *Am Rande eine Klammer und:* Si palleat(us) p(ro) una ecc(lesi)a alt(er)i p(re)ficiatur ecc(lesi)e, p(ri)mu(m) palleu(m) depon(er)e et aliu(m) recip(er)e habet. v) *So Bosquet und Migne.* w) *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* x) nobis; vobis *bei Bosquet und Migne.*

12) Vgl. *JL* 6570 (Paschal II.) = Comp. I 1. 4. 21 = X 1. 6. 4 (Friedberg, *CorpIC*, II 49).

R. et A. Athenien(sibus) et magistro G. Dimicensi[1)] canonicis.

Cum[a)] olim ad petitionem dilectorum filiorum canonicorum ecclesie Thebane dilecto filio Nazoronensi[b)] electo[2)] et suis coniudicibus dedissemus nostris literis in mandatis, ut venerabilem fratrem nostrum Thebanum[c)] archiepiscopum[3)] ammonerent eisdem canonicis portionem de rebus ecclesie sue congruam assignare, idem archiepiscopus, prout nostris auribus est relatum, monitionibus illorum inductus consideratis redditibus eiusdem ecclesie ac facultatibus universis medietatem earum canonicis memoratis[d)] contulit[d)] liberaliter. Qui tandem humiliter postularunt a nobis, ut concessionem huiusmodi dignaremur auctoritate apostolica roborare. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus concessionem ipsam, sicud provide facta est, faciatis firmiter observari; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera.

Datum Laterani[e)], VII Idus Marcii[f)], anno XIII[o].

15.

Innocenz III. verbietet dem Erzbischof von Theben, Kanoniker seiner Kirche widerrechtlich zu exkommunizieren, und trägt ihm auf, für solcherart zugefügte Ungerechtigkeiten Genugtuung zu leisten.

(Lateran, 1210 März ca. 9).

Reg. Vat. 8, fol. 7r <Nr. 15>.

Bosquet 20, Nr. 15 = Baluze II 418, Nr. 15 = Migne, PL, 216, 216, Nr. 15. — S. unten Abb. III. — Potth. Reg. 3932; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 519, Nr. 2.

Thebano archiepiscopo[1)].

Dilecti[a)] filii Thebani canonici nobis graviter sunt conquesti, quod tu pro qualibet levi causa iuris ordine pretermisso sententiam excommunicationis in ipsos sepius iaculari presumis[2)], cumque propter varia maris et terre pericula pro beneficio absolu-

---

14. [a)] *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich; ferner:* C(on)firmatio i(n) for(ma). [b)] *Bosquet:* Nazorocen.*; Migne:* Nazorescen. [c)] *Bosquet:* … Theban. [d–d)] *Bosquet, Migne:* contulit memoratis. [e)] Lat(er)anen. [f)] *Migne fügt hinzu:* pontificatus nostri.

14. [1)] Domokos (Thaumakos), Suffr. von Larissa, Thessalien, Griechenland. Vgl. Koder–Hild, *Hellas*, 148f.; Preiser-Kapeller, *Episkopat*, 238.

[2)] Wilhelm, als Elekt von Nazoresca (Ezerus) (Suffr. von Larissa, Thessalien, Griechenland) bezeugt 1208, 1212–1217 EB. von Philippi. Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, II 184, 213; Koder–Hild, *Hellas*, 158; Preiser-Kapeller, *Episkopat*, 234.

[3)] S. Br. XIII 13 Anm. 9.

15. [a)] *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich; ferner:* Rep(re)hendit(ur) archiep(iscopu)s, q(uod) sepe can(onic)os suos exco(mmuni)cat.

15. [1)] S. Br. XIII 13 Anm. 9.

[2)] Vgl. dazu *Decretum Gratiani* C. 11 q. 3 c. 42 (Friedberg, *CorpIC*, I 655).

tionis habendo ad nos accedere nequeant, ecclesia sua sepissime hac de causa ulterius quam deceret debito servitio defraudatur. Ne igitur nimium deferendo prelatis subiectos opprimere videamur, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus in canonicos ipsos precipitare sententiam contra iuris ordinem non presumas, sed ita satisfacias de iniuriis super hoc irrogatis eisdem, quod iustam de te materiam non habeant conquerendi. Alioquin pro certo cognoscas, quod, si nobis super hoc fuerit iterata querela, officii nostri debitum conquerentibus redderemus[b)].

Datum ut in alia per totum.

16.

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Berard) von Athen und dessen Suffraganen, gemäß der Bitte der Herrn von Athen O(tto) von La Roche in dessen Burgen und Orten mit mindestens 12 grundbesitzenden lateinischen Einwohnern Priester, die von diesen erhalten werden sollen, einzusetzen. (Andernfalls sollen der Domdekan Magister R[andulfus] von Daulia, der Domkantor B. und der Domkanoniker Terricus von Theben die Sache untersuchen und dem Papst darüber berichten.)

(Lateran, 1210 März ca. 9).

Reg. Vat. 8, fol. 7r <Nr. 16 bzw. 17>.

Bosquet 20, Nr. 16 = Baluze II 418, Nr. 16 = Migne, PL, 216, 216, Nr. 16; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 377, Nr. 140. — S. unten Abb. III. — Potth. Reg. 3933.

Atheniensi[a)] archiepiscopo[1)] et suffraganeis eius[a, 2)].

Dilectus[b)] filius nobilis vir O(tto) de Rocca[c)], dominus Atheniensis[3)], per litteras nostras vestram petiit providenciam ammoneri, ut in castris suis et villis, in quibus duodecim Latini habundantes certas habuerint mansiones[d)], proprios sacerdotes, quibus integre a Latinis laicis decime persolvantur, instituere curaretis, presertim cum

---

[b)] *Migne:* reddemus.

16. [a–a)] *Die Adressen der Br. 16 und 17 sind vertauscht; das Versehen wurde doppelt korrigiert: durch Anbringung einer Reihung mit* a *und* b *(in roter Tinte) bei den Adressen und durch die Umnummerierung der Briefe in* 17 *und* 16 *von späterer Hand. Richtig in den Rubrizellen, BN Paris, Lat. 4118, fol. 29v, bei Bosquet und Migne.* [b)] *Am Rande:* Quod laici latini habeant cl(er)icos latinos. [c)] *Bosquet, Migne:* Roca. [d)] -s- *korr. aus* -c- *von späterer Hand.*

16. [1)] S. Br. XIII 6 Anm. 1.

[2)] Suffragane von Athen: Negroponte, Thermopylai, Daulia, Aulon, Oreos, Karystos, Koroneia, Andros, Megara, Skyros und Kea, nach der Bestätigung Innocenz' III. für das Erzbistum Athen vom 13. Februar 1209 (Br. XI 250 [256]), die sich allerdings an den Gegebenheiten des 12. Jhs. orientiert. Vgl. Fedalto, *Atene*; Koder–Hild, *Hellas*, 81–85; Koder, *Schutzbrief*, 130f., 138.

[3)] Otto von La Roche (Dép. Doubs), nach der Eroberung Konstantinopels in der Entourage des Markgrafen Bonifaz von Montferrat, Ende 1204 Herzog von Athen, Begründer einer Herrschaft in Attika und Böotien, gest. 1234. Vgl. Longnon, *Compagnons*, 215f.; Kiesewetter, *Ricerche*, passim; Pokorny, *Thessaloniki*, 551 mit Anm. 33; *EPLBHC* II (2008) 321–323.

iidem laici sint parati huiusmodi presbiteris, quibus decime non sufficerent, providere. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus petitioni eiusdem nobilis super hoc, prout videritis expedire, benivolum prebeatis assensum. Alioquin dilectis filiis magistro R(andulfo), decano Daualiensi[4], et B. cantori et T(er)rico canonico, Thebanis, dedimus in mandatis, ut veritate super hoc diligencius inquisita illam nobis studeant fideliter intimare.

Datum Laterani et cetera ut in alia per totum.

Scriptum est ipsis super hoc in eumdem fere modum usque in finem.

Quodsi non omnes et cetera, duo[e] et cetera[e].

Datum ut in alia per totum.

17.

Innocenz III. bestätigt dem Hospital von St. Samson in Konstantinopel den rechtmäßigen Besitz der Burg Garella mit allen Zugehörungen, die ihm von Kaiser Heinrich von Konstantinopel geschenkt wurde.

Lateran, 1210 März 15.

Reg. Vat. 8, fol. 7r–v <Nr. 17 bzw. 16>.

Bosquet 21, Nr. 17 = Baluze II 418, Nr. 17 = Migne, PL, 216, 217, Nr. 17. — S. unten Abb. III. — Potth. Reg. 3938; Wauters, Table chronologique, III 322; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 183, Nr. 110; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 520, Nr. 6.

Preceptori[a] et fratribus hospitalis sancti Sansonis[b] Constantinopolitan(is)[a, 1].

Annuere[c] consuevit sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu castellum, quod Garelis vulgariter appellatum[2] vobis cum pertinenciis suis carissimus in Christo filius noster Henricus, Cons-

---

[c–c]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

[4]) Magister Randulfus, im Januar 1209 von Innocenz III. als Domdekan von Daulia (Suffr. von Athen, Phokis, Griechenland) bestätigt: Br. XI 237 (243).

17. [a–a]) *S. Br. XIII 16 Anm. a–a.* [b]) *Bosquet, Migne:* Samsonis. [c]) *Am Rande:* C(on)fir(ma)tio i(n) for(ma).

17. [1]) Hospital von St. Samson in Konstantinopel. Vgl. Fabre–Duchesne, *Liber Censuum*, I 240b mit Anm. 1; s. Br. XI 118 (123) vom Juli 1208 und das Privileg Innocenz' IV. vom 6. Juni 1244 (Berger, *Registres d'Innocent IV*, Bd. I 124, Nr. 730); Zentrum eines kleinen Hospitalordens, 1309 dem Johanniterorden eingegliedert; vgl. Norden, *Papsttum*, 255f. mit Anm. 2; Janin, *Sanctuaires de Byzance*, 170f.; ders., *Géographie*, I/3 578; Richard, *Establishment*, 53, 60, Anm. 49; Stathakopoulos, *Military Order*; Van Tricht, *Latin Renovatio*, 343–347.

[2]) Garella, Ostthrakien, Türkei; griechisches Erzbistum, in der „Partitio Imperii" den fränkischen Kreuzfahrern zuerkannt. Vgl. Külzer, *Ostthrakien*, 377f.

tantinopolitanus imperator[3)], pia liberalitate donavit[4)], domos quoque, casalia, terras, vineas et pocessiones alias, sicud ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis[d)] et cete-
* fol. 7v ra * usque incursurum.

Datum Laterani, XVIII Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno XIIIo.

18.

Innocenz III. trägt dem Patriarchen (Thomas) von Konstantinopel auf, die Kleriker seiner Domkirche nicht aufgrund ihrer venezianischen Herkunft, sondern aufgrund ihrer Eignung aus allen Nationen zu bestellen, und bittet ihn auf Wunsch des Kaisers (Heinrich) von Konstantinopel, dem Priester H., dem Subdiakon Jakob und dem Petrus de Cristo eine Pfründe in seiner Kirche zuzuweisen.

Lateran, 1210 März 15.

Reg. Vat. 8, fol. 7v <Nr. 18>.

Dumay 1, Nr. 1; Bosquet 21, Nr. 18 = Baluze II 418, Nr. 18 = Migne, PL, 216, 217, Nr. 18. — Potth. Reg. 3936; Bréquigny, Table chronologique, IV 466; Wauters, Table chronologique, III 322; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 182, Nr. 108; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 519, Nr. 4.

..[a)] Patriarche Constantinopolitano[1)].

vgl. Dt 1, 17; Iac. 2, 1 u. ö. vgl. Act 10, 35 vgl. Mt 25, 14–20

Si[b)] tua fraternitas consideraret attente, quod ab uno patre descenderimus universi et quod non [sit][c)] personarum acceptio apud Deum, sed ei de omni gente, qui timet Deum et operatur iusticiam, est acceptus, in dispensando talenta tibi credita non personas sed merita pocius attenderes[d)] personarum. Verum quia, sicud carissimus in Christo filius noster[e)] imperator Constantinopolitanus[2)] illustris sua nobis insinuatione monstravit, hoc minus attente considerans quam deceret, prout caro et sanguis revelavit tibi, solos Venetos vel subiacentes eisdem in ecclesia tua promoves,

---

17. d) *Migne fügt hinzu:* infringere vel ei.

17. 3) S. Br. XIII 13 Anm. 11.
4) Vgl. Hendrickx, *Régestes*, 84, Nr. 117.

18. a) *Fehlt bei Bosquet.* b) *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich; weiters ein Schrägstrich und:* Exordi(u)m*; am rechten Rand drei Punkte und ein Strich.* c) *So Dumay, Bosquet und Migne; s. unten Br. XIII 19 S. 42 Z. 4.* d) *Dumay, Bosquet, Migne:* attenderet. e) *Darnach eine Lücke, vielleicht für die Initiale des Namens.*

18. 1) Der Venezianer Thomas Morosini, Mönch in Porto bei Ravenna, 1205–1211 lateinischer Patriarch von Konstantinopel. Vgl. Santifaller, *Lateinisches Patriarchat*, 25–28; Fedalto, *Chiesa latina*, I 253–259; Wolff, *Politics*, 227–246.
2) S. Br. XIII 13 Anm. 11.

Francos et alios probos viros alterius nationis quam tue promovere contempnens[f, 3)], volentes[g)], ut[g)] ab huiusmodi revoceris abusu, per quem divinam et nostram incurrere posses offensam, fraternitatem tuam monemus[h)] attentius et hortamur[i)] per apostolica scripta tibi[j)] mandantes, quatinus[i)] de personis idoneis et honestis undecumque acceptis ecclesiam tuam taliter ordinare procures, quod in ordinatione ipsarum magis merita quam personas attendere videaris. Specialiter autem ipsius precibus imperatoris[4)] inducti pro dilectis filiis H. presbitero, Iacobo subdiacono et Petro de Cristo apostolicas preces tibi duximus destinandas monentes attencius et hortantes, quatinus eis ob reverenciam apostolice[k)] sedis[k)] et nostram in ecclesia tua conferas beneficium[l)] prebendale[l)], preces nostras taliter impleturus, quod devotionem tuam inde possimus merito commendare.

Datum Laterani, Idus Marcii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

19.

Innocenz III. trägt dem Dekan (der Marienkirche) im Blachernenpalast und dem Kantor Magister P. von Montigny und dem Kanoniker G. von St. Paul in Konstantinopel auf, den Patriarchen (Thomas) von Konstantinopel zu ermahnen und zu veranlassen, die Kleriker seiner Domkirche nicht aufgrund ihrer venezianischen Herkunft, sondern aufgrund ihrer Eignung aus allen Nationen zu bestellen und auf Wunsch des Kaisers (Heinrich) von Konstantinopel dem Priester H., dem Subdiakon Jakob und dem Petrus de Cristo eine Pfründe in seiner Kirche zuzuweisen.

(Lateran, 1210 März ca. 15).

Reg. Vat. 8, fol. 7^{v} <Nr. 19>.

Bosquet 22, Nr. 19 = Baluze II 419, Nr. 19 = Migne, PL, 216, 219, Nr. 19. — Potth. Reg. 3937; Wauters, Table chronologique, III 322; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 183, Nr. 109; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 520, Nr. 5.

[f)] *Am Rande:* C(on)tra prelatu(m) nolente(m) alios q(uam) de sua patria i(n) ecc(lesi)a collocare. [g–g)] *Dumay:* Volumus. [h)] *Dumay:* monentes. [i–i)] *Dumay:* hortantes, quod. [j)] *Fehlt bei Bosquet.* [k–k)] *Dumay:* Sedis Apostolicae. [l–l)] *Dumay:* Praebendale beneficium.

[3)] Zum Konflikt um die exklusive Einsetzung venezianischer Kleriker durch den Patriarchen, insbesondere um dessen den Venezianern geleisteten Eid, ausschließlich Venezianer in das Domkapitel der Hagia Sophia zu berufen, s. Br. VIII 63 (62), IX 130, XI 72 (76), 73 (77), XII 105.

[4)] Vgl. Hendrickx, *Régestes*, 81, Nr. 114.

..[a] Decano de[b] Blakerna[b, 1] et magistris P. de Montiniaco cantori[c] et G. canonico sancti Pauli[2], Constantinopol(itanis).

Si[d] venerabilis frater noster Constantinopolitanus patriarcha[3] consideraret attente, quod ab uno patre descenderimus universi et quod non sit personarum acceptio apud Deum, sed ei et cetera in eundem fere modum ut in alia usque in[e] ecclesia sua conferat beneficium prebendale. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eum ad id monere diligencius et efficaciter inducere procuretis.

vgl. Dt 1, 17; Iac. 2, 1 u. ö.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera.

Datum ut in alia per totum.

20.

Innocenz III. bestätigt die Einigung, die unter Papst Alexander (III.) durch die Vermittlung des Bischofs (Pontius) von Clermont zwischen dem Erzbischof (Bartholomäus) von Tours, dem Abt Sulpitius von Cormery und dem Dekan (Bartholomäus) und den Kanonikern von Saint-Martin in Tours über die Unterstellung und Obödienz der Abtei Cormery getroffen wurde.

Lateran, 1210 Februar 26.

Reg. Vat. 8, fol. 7^{v} <Nr. 20>.

Bosquet 22, Nr. 20 = Baluze II 419, Nr. 20 = Migne, PL, 216, 219, Nr. 20. — Potth. Reg. 3920; Bréquigny, Table chronologique, IV 466.

I(ohanni)[a], Turonensi archiepiscopo[1].

Mota[b] iampridem questione inter bone memorie predecessorem tuum[2] et canonicos beati Martini Turonen(sis)[3] et Rotgerium[c], abbatem Cormantensem[d, 4], super

---

19. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b–b]) *In den Rubrizellen, BN Paris, Lat. 4118, fol. 29^{v}: sancti Pauli Constantien.* [c]) caco *mit Kürzungsstrich über dem* -a-; cantori *bei Bosquet und Migne und plausibel auch aus der Wortfolge in der Adresse; vgl. auch Anm. 2.* [d]) *Am Rande:* Sup(er) eod(em). [e]) *Br. XIII 18 S. 41 Z. 9.*

19. [1]) Kollegiatstift St. Maria de Blakerna (Notre-Dame des Blachernes) in der Kirche der Theotokos beim Blachernenpalast. Vgl. Janin, *Sanctuaires de Byzance*, 151–155; ders., *Géographie*, I/3 161–171.

[2]) Kollegiatstift St. Paul in Konstantinopel, wahrscheinlich in der im 4. Jahrhundert errichteten Paulskirche beim Forum des Konstantin. Vgl. Janin, *Sanctuaires de Byzance*, 164f.; ders., *Géographie*, I/3 394f. Die Kanoniker Magister G. und P. von Montigny (unbekannt welches) sind Adressaten der Br. XI 46 (49), 47 (50) bzw. 50 (53), 54 (58), ein Kantor von St. Paul der Br. XI 72 (76), 73 (77).

[3]) S. Br. XIII 18 Anm. 1.

20. [a]) *Davor ein Gemipunctus.* [b]) *Am Rande:* C(on)fir(ma)tio c(om)po(sitio)nis i(n) for(ma). [c]) *Bosquet, Migne:* Rogerium. [d]) *Bosquet, Migne und in den Rubrizellen, BN Paris, Lat. 4118, fol. 29^{v}:* Cormariacensem.

20. [1]) S. Br. XIII 7 Anm. 18.

[2]) Joscelinus, Joscius, EB. von Tours 1157–1173/1174. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 89–92; *Dict. HGE* 28 (2003) 58f.

[3]) Kollegiatstift Saint-Martin in Tours, von welchem aus die Abtei Cormery im 8. Jh. gegründet worden war und welchem diese unterstand. Vgl. Vaucelle, *Collégiale*, 150f. und 255–258 zu Konflikten um Spiritualien und Temporalien.

[4]) Roger, Abt von Cormery (Ben.-Abtei, Diöz. Tours, Dép. Indre-et-Loire) 1164–1172. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 263; *Dict. HGE* 13 (1956) 883f.

subiectione ac obediencia, quam idem predecessor tuus a predicto abbate sibi conquerebatur iniuste substractam, partes ad felicis memorie Alexandri pape, predecessoris nostri, presenciam accesserunt, qui, cum non posset cause debitum finem imponere, eam bone memorie Trecensi[e, 5)] [et][f)] Claromontensi[6)] episcopis[g)] terminandam commisit. Cum autem coram Claromon(tensi) de assensu Trecensis episcopi partes propter hoc constitute fuissent, eodem Claromontensi et viris aliis honestis et discretis, qui sibi assidebant, mediantibus inter predictum predecessorem tuum[7)] et Sulpicium[h)], successorem predicti abbatis[8)], et decanum[9)] et canonicos sancti Martini de libero et spontaneo assensu parcium amicabilis facta est compositio[10)] et in auctentico scripto redacta, sicut ex eodem scripto manifeste conparet. Nos autem questionem sopitam nolentes indebite suscitari, qui tenemur litibus finem imponere, ad exemplar predicti predecessoris nostri[11)] conpositionem ipsam, sicut de assensu partium in presencia predicti Claromontensis provide facta est et hincinde sponte recepta et hactenus observata et in scripto autentico ipsius episcopi continetur, ratam habemus et firmam eamque auctoritate apostolica confirmantes presentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut[i)] nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, IIII Kal. Marcii, pontificatus nostri anno XIII[o].

21.

Innocenz III. befiehlt dem Abt (Florentius) von Sittichenbach und dem Domdekan (Burkhard) von Halberstadt, dem Markgrafen (Albrecht II.) von Brandenburg die erbetene Errichtung eines exemten Kollegiatstifts im den Slawen abgewonnenen Gebiet und die Einbehaltung von zwei Dritteln der Zehente aus diesem zu gestatten, sofern das Gebiet tatsächlich wüst liegt und seit Menschengedenken nicht von Christen bewohnt war. Weiters sollen sie den Baugrund der zu errichtenden Kirche als Ei-

---

[c)] *Bosquet:* … Trecen. [f)] *So Bosquet (mit Gemipunctus vor [!] und nach* et*) und Migne.* [g)] -s *korr. aus* -o. [h)] *Darnach* post *durchgestrichen.* [i)] *Bosquet, Migne:* quod.

[5)] Matthäus, B. von Troyes (Suffr. von Sens) 1169–1180. Vgl. Roserot de Melin, *Diocèse*, 424.

[6)] Pontius von Polignac, Abt von Grandselve 1158, von Clairvaux 1165, B. von Clermont (Suffr. von Bourges) 1170, gest. 1189. Vgl. *Gallia Christiana* II 271f.; IV 801; XIII 127; *Dictionnaire des auteurs cisterciens* II 576.

[7)] Die Einigung ging der Nachfolger von Joscelinus, Bartholomäus (II.) von Vendôme, EB. von Tours 1174–1206 (vgl. *Gallia Christiana* XIV 92–99; *Dict. HGE* 16 [1932] 1030f.; *Dict. BF* 5 [1951] 684f.), ein.

[8)] Sulpitius, als Abt von Cormery bezeugt 1174. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 263; *Dict. HGE* 13 (1956) 884.

[9)] Bartholomäus (II.), als Dekan von Saint-Martin in Tours bezeugt 1163–1171, der Nachfolger Philipp (II.) 1176. Vgl. Vaucelle, *Collégiale*, 440f.

[10)] 1174 in Blois; Dr.: de Grandmaison, *Cartulaire*, I 76, Nr. 37; Bourasse, *Cartulaire*, 127, Nr. 16.

[11)] Papst Alexander III. am 13. Juli 1174–1178: *JL* 12992; Ramackers, *PU in Frankreich*, N. F. 5, 260, Nr. 167 zu 1178; Dr.: de Grandmaison, *Cartulaire*, I 80, Nr. 38.

gentum des apostolischen Stuhls und die Zusicherung eines jährlichen Zinses an diesen entgegennehmen.

Lateran, 1210 Februar 23[1].

Reg. Vat. 8, fol. 7v–8r <Nr. 21>.

Bosquet 23, Nr. 21 = Baluze II 419, Nr. 21 = Migne, PL, 216, 220, Nr. 21. — Potth. Reg. 3947; BFW 6084; Krabbo–Winter, Regesten, 115, Nr. 547 (zu März 26).

Abbati de Sychem[a, 2], Halbestatensis[b] diocesis, et maiori decano Halbestatensi[c, 3].

Ex[d] parte dilecti filii nobilis viri .. marchionis Brandeburgensis[4] nostris est auribus intimatum, quod, cum non modica terre pars ad marchiam suam pertinens per suos et .. fratris[5] ac .. patris[6] .. avique[7] sui labores de manibus eruta paganorum sterilis iaceat et inculta, ipsam ad cultum redigere ac de colonis fidelibus disposuit stabilire[8]. Unde nobis humiliter supplicavit, ut, cum pro ampliatione divini cultus conventualem ecclesiam[9] desideret in terra ipsa construere, licenciam super hoc ei concedere dignaremur et ipsam ab omni onere pontificalis[e] iurisdictionis exemptam in ius et proprietatem sedis apostolice retinere, ita profecto, quod due partes decimarum eiusdem terre ad marchionem ipsum * et heredes ipsius pro ecclesie fabrica, quam ipsi debent propriis sumptibus reparare, necnon etiam pro stipendiis militum devolvantur, sine quibus terra memorata non posset contra Sclauorum impetum

* fol. 8r

---

21. [a] *In den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 29v):* Sichen. [b] *Bosquet, Migne:* Halbelstatensis. [c] *Migne:* Halbelstatensi. [d] *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [e] *Korr. aus* pontificato *durch Hinzufügung einer Oberlänge für* -l- *mitsamt einem Kürzungsstrich über dem* -t-, *doch ohne Tilgung des* -o.

21. [1] S. Anm. m; nach Bosquet der 26. März. Vgl. Einleitung S. L.

[2] Florentius, als Abt von Sittichenbach (Sichem) (Zist.-Abtei, Diöz. Halberstadt, Osterhausen-Sittichenbach, VG. Lutherstadt Eisleben, Lkr. Mansfeld-Südharz, RB. Halle, Sachsen-Anhalt) bezeugt wahrscheinlich (vor) 1208, 1209, 1210. Sein Amtsantritt vor 1208 wird durch seine gemeinsame Beauftragung mit dem noch als Elekten bezeichneten B. Sigebodo von Havelberg wahrscheinlich gemacht (s. Br. XI 179 [184] Bd. 11 S. 294 Z. 18 mit Anm. 4 und Br. XIII 50 Anm. 22, 24, 25). Vgl. Graber, *Papsturkunden*, 51, Nr. 24; Br. XIII 49 unten S. 77 Z. 31f. 1213 wurde er als „quondam abbas" mit der Kreuzzugspredigt beauftragt. Vgl. Br. XVI 29 (Migne, *PL*, 822 D). Sein Vorgänger Dietrich ist 1205 bezeugt. Vgl. Krühne, *UB Mansfeld*, 397f., Nr. 19, 20.

[3] Burkhard aus der Familie der Grafen von Schladen, Domdekan von Halberstadt 1202–1215. Vgl. Meier, *Domkapitel*, 328, Nr. 267.

[4] Albrecht II., Markgraf von Brandenburg 1205–1220. Vgl. Krabbo, *Markgrafen*, 359–370 (37–48); *NDB* 1 (1953) 161.

[5] Otto II., Markgraf von Brandenburg 1184–1205. Vgl. Krabbo–Winter, *Regesten*, 90, Nr. 453; 109, Nr. 526–528; Krabbo, *Markgrafen*, 339–359 (17–37).

[6] Otto I., Markgraf 1144, von Brandenburg (1157/1161) 1170–1184. Vgl. Krabbo, *Markgrafen*, 324–339 (2–17); *NDB* 19 (1999) 675f.

[7] Albrecht (der Bär) aus dem Haus der Askanier führte ab 1157 den Titel eines Markgrafen von Brandenburg, gest. 1170. Vgl. *LMA* 1 (1980) 316f.; Partenheimer, *Albrecht*, zur neuen Benennung bes. 138–141.

[8] Gemeint ist vermutlich das Gebiet des Barnim im nordöstlichen Brandenburg. Vgl. Fritze, *Vordringen*, 313–319, 340–349; Assing, *Herrschaftsbildung*, 26–29.

[9] Vielleicht war an Berlin-Cölln als dem genannten Gebiet (s. Anm. 8) vorgelagerter Standort gedacht. Vgl. Schich, *Bedeutung*, 58f.

gubernari fidem catholicam impugnancium vel ecclesiasticam unitatem aut terram ipsam occupare volencium pro eo, quod patres eorum, cum essent pagani, per eumdem marchionem vel progenitores ipsius ab ea fuerunt potenter eiecti[10]; tercia vero pars integre persolvatur ecclesie construende, quam idem marchio competenter dotabit, ut in ea duodecim canonici commode possint cum suo preposito deservire, qui pro tempore canonice debeat presentari per eum ac successores ipsius et per solum Romanum pontificem aut eius mandato per alium confirmari, ac denique confirmatus gerat amministrationem temporalium, que poterunt[f] amministrari[g] per ipsum in ecclesiis construendis in terra predicta; alia vero spiritualia, que officium episcopale requirunt, idem prepositus exigat et obtineat a quocumque maluerit episcopo apostolice sedis gratiam obtinente. In reconpensatione autem decimarum illarum, que, sicut superius est expressum, ad prefatum marchionem et heredes ipsius pro ecclesie fabrica et stipendiis militaribus devolventur, de singulis quinquaginta mansis unam marcam puri argenti nobis et successoribus nostris facient idem marchio et successores eius annuatim exsolvi[11].

Licet igitur petitionem suam providerimus admitendam, volentes tamen absque gravi alieno preiudicio pium eius propositum promovere, cum et hoc dilectus filius .. procurator venerabilis fratris nostri Brandeburgensis[h] episcopi[12] acceptaverit in nostra presencia constitutus, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus inquisita diligenter et[i] cognita veritate, si terram ipsam[j] esse constiterit solitariam aut desertam, maxime quod non sit in memoria hominum illam fuisse per Christicolas habitatam, sed paganos habitatores inde fuisse depulsos in memoria hominum teneatur, recipiatis appellatione remota fundum in ius et proprietatem Romane ecclesie vice nostra, in quo huiusmodi ecclesia construatur, ac super sollempni eius concessione publico instrumento [confecto][k] et ad opus eius dotibus[i] conpetentibus assignatis tribuatis auctoritate nostra suffulti liberam facultatem prefatam ecclesiam construendi ab omni prorsus onere iurisdictionis episcopalis exemptam et in ius et proprietatem apostolice sedis perpetuo permansuram[l], ita quod in reconpensationem duarum parcium decimarum, que causa prescripte necessitatis dimitentur marchioni iamdicto, prelibati census concessionem recipere procuretis[13], ut de ipso per nostram providenciam disponatur, sicut fuerit disponendum.

---

[f]) poterant; poterunt *bei Bosquet und Migne.* [g]) *Am Rande:* Licen(tia) funda(n)di *(-di korr., vielleicht aus* -t[ionis]*)* coll(e)giata(m) ecc(lesi)am cu(m) exemptione et c(on)ceduntur laico decime. [h]) *Bosquet:* .. Brandeburgen. [i–i]) *Am rechten Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [j]) *Bosquet, Migne:* illam. [k]) *So Bosquet und Migne.* [l]) *Migne:* remansuram.

[10]) Zur Beteiligung Albrechts (des Bären) am Wendenkreuzzug und den Gebietserweiterungen der Askanier teils auf Kosten, teils in Kooperation mit den slawischen Bewohnern und deren Herrschern, teils auch in Konkurrenz zu den Dänen, vgl. Fritze, *Vordringen*, 319–349, 358–374; abweichend Assing, *Herrschaftsbildung*; ders., *Anfänge*; Partenheimer, *Albrecht*, 85–136.

[11]) Die geplante Gründung dieses weitgehend exemten Kollegiatstifts unterblieb; vielmehr klagte später B. Gernand von Brandenburg vor Papst Gregor IX., der Markgraf habe sich auf diese Weise den Zugriff auf die Zehente in einem großen Teil des Bistums Brandenburg, der ohnehin bereits christlich war, erschlichen, vgl. Krabbo–Winter, *Regesten*, 115, Nr. 547, Anm.; 135, Nr. 217; Fritze, *Vordringen*, 315f.

[12]) Balduin, Elekt 1205, B. von Brandenburg (Suffr. von Magdeburg) 1207–1216. Vgl. Abb–Wentz, *Brandenburg*, I 28; Gatz, *Bischöfe*, 69f.

[13]) Zu den Komponenten der Exemtion und ihrer Genese s. Kéry, *Klosterfreiheit*, bes. 87–110; s. auch oben Z. 6–15.

Quodsi non ambo hiis exequendis volueritis vel valueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur.

Datum Laterani, VII Kal. Marcii[m], anno terciodecimo.

22.

Innocenz III. nimmt das Leprosorium des Missinus mit seinen rechtmäßigen Besitzungen in den päpstlichen Schutz, bestätigt dem Gründer und den Brüdern insbesondere den Besitz des Spitals in den Diözesen Faenza, Forlì und Imola und erlässt ihnen den von Papst Coelestin (III.) festgesetzten Zins von 6 Denaren.

(Lateran, 1210 Februar ca. 23)[1].

Reg. Vat. 8, fol. 8r <Nr. 22>.

Bosquet 24, Nr. 22 = Baluze II 420, Nr. 22 = Migne, PL, 216, 221, Nr. 22. — Potth. Reg. 3948; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 521, Nr. 12.

Missino[a] fundatori et fratribus leprosorum de Missino[2].

Solet[b] annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis precibus inclinati domum hospitalis de Missino ad exemplar felicis recordationis Celestini pape, predecessoris nostri[3], in ius et proprietatem beati Petri cum omnibus bonis, que in presenciarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem terras, domos, silvas et quicquid in Fauentino, Foroliuiensi et Ymolensi episcopatibus[4] idem hospitale habere dinoscitur, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidet, vobis et per vos eidem hospitali auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad indicium autem huius percepte a sede apostolica libertatis sex denarios obtulisti tu, fili Missine, prefato predecessori nostro eiusque successoribus annualiter persolvendos, quos pietatis intuitu nos misericorditer relaxamus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei et cetera usque incursurum.

Datum ut in alia per totum.

---

[m]) *Bosquet, Migne:* Aprilis; *Migne fügt hinzu:* pontificatus nostri.

22. [a]) *Bosquet:* Misisno. [b]) *Am Rande:* Relaxatio ce(n)sus Ro(mane) ecc(lesi)e debiti pro libertate.

22. [1]) S. Br. XIII 21 Anm. 1.

[2]) Das ospedale del Missino, dann S. Lazzaro, 2 Meilen außerhalb von Faenza an der Straße nach Forlì gelegen. Das Spital entstand ca. 1170/1180, ist seit 1206 in Testamenten bezeugt und bestand 1213 aus Rektor, Priester, minister, acht Leprosen und vier Konversen. Vgl. Saviotti, *San Lazzaro*; Ferlini, *Lebbrosario*. S. auch Fabre–Duchesne, *Liber Censuum*, I 462b (Eid des Rektors Dominicus an Papst Gregor IX.), dort allerdings fälschlich mit Messina identifiziert. Die Lokalisierung „in diocesi Missinensi" unterläuft schon im 13. Jh. bei der Aufnahme in das päpstliche Zinsregister im Indice 254, fol. 69v; vgl. Einleitung S. XIIf. mit Anm. 15.

[3]) Papst Coelestin III. (1191–1197). Vgl. *IP* V 154, Nr. *1.

[4]) Die Bistümer Faenza, Forlì und Imola.

23.

Innocenz III. bestätigt dem Elekten (Otto) und dem Domkapitel von Corone den Nachlass des Akrostichon, der ihnen vom Fürsten von Achaia G(ottfried) von Villehardouin gewährt wurde.

Lateran, 1210 März 22.

Reg. Vat. 8, fol. 8r <Nr. 23>.

Bosquet 24, Nr. 23 = Baluze II 420, Nr. 23 = Migne, PL, 216, 221, Nr. 23. — Potth. Reg. 3939; Bréquigny, Table chronologique, IV 467; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 520, Nr. 7.

Electo[1] et capitulo Coronen(sibus).

Iustis[a] petencium desideriis dignum est nos facilem prebere concensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu procequente conplere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris precibus inclinati remissionem crustice[2] a nobili viro G(aufrido) de Villa Arduini, principe Achaie[3], pietate provida vobis factam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli[b] ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et cetera usque incursurum.

Datum Laterani[c], XI Kal. Aprilis[d], anno terciodecimo.

24.

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Antelmus) von Patras, dem Bischof (Johannes ?) von Methone und dem Elekten (Otto) von Corone auf, Kleriker und Laien, die in Achaia Land zu Lehen nehmen, es ausbeuten und dann verlassen, und Lateiner dortselbst, die sich mit Griechen verbünden, um andere Lateiner zu bekämpfen, mit Ermahnungen und, wenn nötig, mit kirchlichen Strafen davon abzuhalten.

(Lateran, 1210 März ca. 22).

Reg. Vat. 8, fol. 8r–v <Nr. 24>.

Bosquet 25, Nr. 24 = Baluze II 421, Nr. 24 = Migne, PL, 216, 222, Nr. 24; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 377, Nr. 141. — Potth. Reg. 3940; Bréquigny, Table chronologique, IV 467.

---

23. a) *Am Rande:* C(on)firmatio. b) Nuulli. c) *Darüber ein Kürzungszeichen.* d) *Migne fügt hinzu:* pontificatus nostri.

Suam nobis dilecti filii Constantinopolitanus clerus querimoniam destinarunt, quod, cum decime ac quintedecime[4], que inter ipsos dividi de iure deberent[c], triennio[d] iam elapso in grave ipsorum incommodum posite fuerint in sequestro medietatem earum venerabili fratre nostro patriarcha[e] Constantinopol(itano)[5] sibi vendicare volente contra statutum dilecti filii nostri P(etri), tituli sancti Marcelli presbiteri cardinalis[6], qui tunc in partibus illis legationis fungens officio quartam partem ipsarum cum hiis, que in castro Dami ad dictum patriarcham pariter et ad clerum spectabant, eidem solvendam decrevit, acthenus dividi, prout decuit, nequiverunt, propter quod ex earum deffectu magnam se ipsi queruntur necessariorum penuriam sustinere; quamquam dilectus filius magister B., procurator patriarche predicti, negaverit aliquod factum fuisse per eundem legatum super[f] divisione huiusmodi constitutum, maxime cum quintadecima nondum esset ecclesiis deputata nec ipse legationis officio fungeretur, quando ad preces clericorum obtinuit, ut intuitu paupertatis[g] eorum idem patriarcha maneret quarta decimarum parte contentus. Unde

---

44. [a]) *Bosquet:* .. de. [b]) *Bosquet, Migne:* Blakerna. [c]) *Bosquet, Migne:* debent. [d]) *Das zweite* -i- *über der Zeile nachgetragen.* [e]) *Bosquet:* … Patriarcha. [f]) *Bosquet:* supra. [g]) pietatis; paupertatis *bei Bosquet und Migne.*

44. [1]) Gallipoli, Kallipolis, Suffr. von Herakleia (Gelibolu, Türkei). Lateinische Bischöfe sind 1208, 1210, 1225 bezeugt. Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, I 448, II 139f.; Preiser-Kapeller, *Episkopat*, 173; Külzer, *Ostthrakien*, 426. Am 15. Dezember 1208 ist ein Amtsinhaber mit der Initiale I. bezeugt: Br. XII 105.

[2]) Als Domdekane der Hagia Sophia in Konstantinopel sind bezeugt: Leonhard von November 1207–April 1208 und Ph. im Juli 1212. Vgl. Santifaller, *Lateinisches Patriarchat*, 153, 160, 163.

[3]) Zur Kirche s. Br. XIII 19 Anm. 1.

[4]) Die quintadecima war die im Vertrag vom 17. März 1206 vom Regenten Heinrich und den Lateinern dem Patriarchen von Konstantinopel zugesagte Entschädigung für den Kirchenbesitz, der 1204 zwischen Venezianern und Kreuzfahrern aufgeteilt worden war: Br. IX 142. Vgl. Gerland, *Geschichte*, 148, 223.

[5]) S. Br. XIII 18 Anm. 1.

[6]) Petrus Capuanus, KP. von S. Marcello 1200–1214; er war Legat im Heiligen Land 1202–1206/1207 und hielt sich von Ende 1204 bis Mitte 1206 in Konstantinopel auf. Vgl. Maleczek, *Petrus Capuanus*, bes. 193–206.

ipsi dedimus in mandatis, ut, si preces cleri veritate nituntur, statuta decimarum et quintarumdecimarum huiusmodi parte contentus non impediat nec faciat impediri, quominus idem clerus assignatas a memorato legato ex eisdem percipiant cum integritate debita portiones. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si ipse, quod mandavimus, neglexerit adimplere, vos eum ad[h)] id[h)] sublato appellationis obstaculo qua convenit districtione cogatis.

Quodsi non omnes et cetera, tu ea, frater episcope, cum eorum et cetera.

Datum Laterani, VIII Idus Aprilis[i)], anno XIII[o].

45.

Innocenz III. bestätigt das Urteil des päpstlichen Subdiakons und Kaplans Hyacinth, der im Prozess zwischen dem Domkapitel von Toul und dem dortigen Domkanoniker Morellus den Archidiakon F. als Prokurator des Kapitels zum Ersatz der Prozesskosten verurteilt und den Morellus im Besitz seiner Pfründe bestätigt hat.

Lateran, 1210 April 6.

Reg. Vat. 8, fol. 10^{r-v} <Nr. 44 bzw. 45>.

Bosquet 35, Nr. 45 = Baluze II 425, Nr. 45 = Migne, PL, 216, 231, Nr. 45. — Potth. Reg. 3964; Bréquigny, Table chronologique, IV 467.

Morello, Tullensi canonico[1)].

Cum olim de prebenda Tullensi canonice investitus stallum in choro et vocem in capitulo non haberes, ad iudices quosdam litteras super [hoc][a)] apostolicas impetrasti, coram quibus capitulum Tullense citatum per clericum * quendam ad nostram fecit audienciam appellari. Quorum appellationem iudices ipsi frivolam reputantes in corporalem pocessionem ipsius prebende te inducere curaverunt, contradictores excommunicationis sententia percellentes. Post hec autem tibi et F., archidiacono Tullensi, procuratori prefati capituli, propter hoc in nostra presencia constitutis venerabilem fratrem nostrum H(ugolinum), Hostiensem episcopum[2)], concessimus auditorem. Coram quo sententiam, quam predicti iudices pro te tulerunt[b)], postulasti humiliter confirmari; adversa parte in contrarium proponente, quod minime confirmari debebat eo, quod idem capitulum appellationem, quam interponi fecerat, procequendo[c)] ad venerabilem fratrem nostrum .. episcopum[3)] et .. primicerium[4)] Virdun(enses) lit- * fol. 10^{v}

---

h–h) *Bosquet:* id idem. i) *Migne fügt hinzu:* pontificatus nostri.

45. a) *So Bosquet und Migne.* b) *Migne:* tulerant. c) *Bosquet, Migne:* persequendo.

45. 1) Toul, Suffr. von Trier.

2) Hugo (Hugolinus), (K.-)B. von Ostia und Velletri 1206, Papst Gregor IX. 1227–1241. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 126–133; ders., *Kardinalskollegium*, 141–146, 169.

3) Albert (II.) von Hierges, B. von Verdun (Suffr. von Trier) 1189–26. Juli 1208. Vgl. Clouët, *Verdun*, II 321–352; Girardot, *Droit*, II 839–842; Hirschmann, *Verdun*, II 617, 636.

4) Robert (I.) von Grandpré, Primicerius, nach dem Tod Alberts zum B. von Verdun gewählt, 1217 abgesetzt. Vgl. Clouët, *Verdun*, II 350–362; Girardot, *Droit*, II 842–846; Hirschmann, *Verdun*, II 617.

teras obtinuisset a nobis, quarum auctoritate tu sententialiter condempnatus remotus fueras a prebenda, quod se loco et tempore competenti adeo constanter proposuit probaturum, ut etiam solvere promisisset expensas, nisi per ipsum exceptio huiusmodi probaretur. Quapropter venerabili fratri nostro Cathalaunensi[d)] episcopo[5)] et coniudicibus suis nostris dedimus literis in mandatis, ut inquisita super premissis plenius veritate, si predictus procurator in probatione illius exceptionis defficeret, quam obiecit, ipsi eum iuxta promissionem suam in expensis factis post exceptionem oppositam condempnarent.

Cumque demum elapso triennio, infra quod procurator predictus peremptorie citatus multociens a iudicibus memoratis suam noluit exceptionem probare, tu et prefatus F. iterum in nostra fuissetis presencia constituti ac coram dilecto filio Iacinto[c), 6)], subdiacono et capellano nostro, quem vobis auditorem concessimus, hec et alia retulisses, dictus procurator proposuit ex adverso, quod, quia procurator esse desierat in hac causa et ad prosequendam[f)] ipsam alius de voluntate capituli ei fuerat substitutus, non tenebatur super hoc[g)] ulterius respondere, maxime cum non esset a iudicibus ultimis ad nostram audienciam appellatum[h)]; qui licet nondum in negocio procesissent, adhuc tamen eorum expectabatur processus. Adiecit insuper, quod, cum multos habuerit terminos, nullus ei fuit peremptorius assignatus, ex habundanti promittens[i)], ut in ipso procederent negocio, prout esset procedendum de iure, si tu probares perhemptorium sibi diem fuisse prefixum[7)]. Cum igitur testibus tuis coram eodem auditore productis non solum sufficienter probasses per illos procuratorem ipsum perhemptorie fuisse citatum, ita quod sex vel septem epdomadas sive duos menses terminus perhemptorius continuisset adminus, quinymo iudices ipsos in eorum presencia fuisse confessos, quod terminus ille continuit duos menses ac procuratori sepefacto dixisse, quod ei multos terminos et tres perhemptorios assignarant ad probandam exceptionem predictam, unde, nisi eam probaret termino prelibato, nullatenus super hoc [ulterius][j)] audiretur. Idem procurator ex adverso respondit, quod veniendi ad eos iter arripuerant testes sui allegans insuper, quod, etsi perhemptoria sibi dies fuerit assignata, non tamen iudices per totam diem in loco, quem sibi prefixerant, expectarunt, quod tu probasti penitus esse falsum, nichilominus allegando[k)], quod illi procuratori, qui si remansisset in illis partibus post transactum peremptorium et triennium iam elapsum, nulla[l)] facultas exceptionem ipsam probandi de iure remansit, non debuit alius[m)] substitui procurator. Adiecisti etiam, quod, cum iudices nec sententiam ferre vellent nec remittere ad apostolicam sedem de processu cause[n)] rescriptum, demum tibi taliter responderunt, ut ad presenciam nostram accederes, quia causa debitum finem sorciri non poterat per eosdem. Quod[o)] licet procurator

---

[d)] *Bosquet, Migne:* Catalaunensi. [c)] Iacino*;* Iacinto bei *Bosquet; Migne:* Hyacintho. [f)] *Bosquet:* persequendam. [g)] *Danach* h *durch Unterpungierung getilgt.* [h)] *Migne:* appellatus. [i)] *Bosquet, Migne:* permittens. [j)] *So Bosquet und Migne.* [k)] *Migne:* allegans. [l)] nulli; nulla *bei Bosquet und Migne.* [m)] aliud; alius *bei Bosquet und Migne.* [n)] *Bosquet:* causa. [o)] -d *korr. aus* -s*; Bosquet, Migne:* quos.

[5)] Gerhard von Douai, B. von Châlons-sur-Marne (Suffr. von Reims) 1203–1215 (resigniert). Vgl. *Gallia Christiana* IX 884; Baldwin, *Government*, ad indicem; Benner, *Châlons-en-Champagne*, 342–347.

[6)] Zum päpstlichen Subdiakon und Kaplan Hyacinth ist sonst nichts bekannt. Vgl. Elze, *Kapelle*, 179 mit Anm. 207.

[7)] Vgl. Digesten 5. 1. 68, 70, 71, 73 (Ed. Mommsen 77); Codex 7. 43. 2 (Ed. Krueger 314).

predictus confessus fuerit sic dixisse, subiecit tamen, quod id demum iidem iudices revocarant, sed revocationem huiusmodi, quam factam esse negabas, probare postmodum non curavit.

Cum igitur hec et alia coram subdiacono ipso proposita hincinde fuissent, ipse tandem rationibus utriusque partis diligenter auditis et perspicaciter intelectis, facta taxatione ac iuramento recepto super prelibatis expensis, de consilio dilectorum filiorum nostrorum G(uale) sancte Marie in Porticu[8)] et P(elagii) sancte Lucie ad Septasolis[9)] diaconorum cardinalium prenominatum F. tibi pro ipsis in triginta libris denariorum Trecensium sentencialiter condemnavit et confirmavit sentenciam pro te super prebenda predicta prolatam. A cuius sentencia licet pars adversa nostram audienciam appellaverit, nos tamen appellationem huiusmodi maliciosam et frivolam reputantes sentenciam approbamus predictam et auctoritate apostolica confirmamus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, VIII° Idus Aprilis, anno XIII°.

46.

Innocenz III. teilt dem Domkapitel von Toul mit, dass er das Urteil des päpstlichen Subdiakons und Kaplans Hyacinth im Prozess zwischen dem Domkapitel von Toul und dem dortigen Domkanoniker Morellus bestätigt und dem Landdekan, dem Dekan der Sainte-Chapelle und dem Domkanoniker Magister G. von Dijon (, denen er in diesem Sinn schreibt,) aufgetragen hat, es zu vollstrecken, nämlich den Archidiakon F. von Toul zur Zahlung der verfügten Summe zu zwingen und den Morellus in seine Pfründe einzuführen, und befiehlt ihnen, den Exekutoren keinen Widerstand entgegenzusetzen und dem Morellus den friedlichen Besitz seiner Pfründe zu gewährleisten.

Lateran (, 1210 April ca. 6).

Reg. Vat. 8, fol. 10^{v}–11^{r} <Nr. 45 *bzw.* 46*>.*

Bosquet I 36, Nr. 46 = Baluze II 427, Nr. 46 = Migne, PL, 216, 233, Nr. 46. — Potth. Reg. 3965; Bréquigny, Table chronologique, IV 468.

Capitulo Tullensi[1)].

Olim dilectus filius Morellus clericus de prebenda Tullensi canonice investitus[a)] et cetera ut in alia usque coram[b)] quibus vos citati[c)] per quendam clericum ad nostram

---

[8)] S. Br. XIII 1 Anm. 8.

[9)] Pelagius, KD. von S. Lucia in Septasolio 1206/1207, KP. von S. Cecilia 1211, (K.-)B. von Albano 1213–1230. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 166–169; ders., *Kardinalskollegium*, 154–156.

46. [a)] *Migne:* investitutus. [b)] *Br. XIII 45 S. 67 Z. 21.* [c)] citari; citati *bei Bosquet und Migne; s. auch Br. XIII 45 S. 67 Z. 21.*

46. [1)] S. Br. XIII 45 Anm. 1.

fecistis audientiam appellari. Cuius appellationem et cetera usque ipsius[d)] prebende
* fol. 11r dictum M(orellum) clericum induxerunt; contradictores et cetera usque * post[e)] hec autem eidem clerico et F., archidiacono ecclesie vestre, procuratori vestro et cetera in eundem fere modum ut in alia usque frivolam[f)] reputantes, sentenciam eiusdem subdiaconi[2)] auctoritate apostolica duximus approbandam. Unde dilectis filiis christianitatis[3)] et Capelle[g)] ducis[4)] decanis et magistro G. canonico, Diuionen(sibus), nostris dedimus litteris in mandatis, quatinus dictum F. ad solutionem pecunie[h)] pretaxate per censuram ecclesiasticam appellatione remota conpellant et sepedictum M(orellum) inducant in corporalem pocessionem prefate prebende ac tueri procurent inductum stallum in choro et locum in capitulo assignantes eidem; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per eandem censuram sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo conpescendo. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo[i)] mandamus, quatinus dictis exequtoribus super hoc[j)] nullatenus opponatis, sed mandatum eorum recipiatis humiliter et servetis permittentes eundem Morellum pacifica ipsius prebende pocessione gaudere.

Datum Laterani et cetera ut in alia per totum.

Scriptum est ipsis exequtoribus super hoc fere in eundem modum ut in alia usque conpescendo[k)].

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea et cetera.

Datum Laterani[l)] et cetera ut in alia per totum.

47.

Innocenz III. trägt dem Erzbischof von Neopatrai, dem Bischof von Zetunion und dem Elekten von Aulon auf, das Urteil päpstlich delegierter Richter im Prozess zwischen dem Bischof (Arnulf) von Thermopylai und der Abtei von Chamenum mit kirchlichen Strafen durchzusetzen.

Lateran, 1210 April 8.

Reg. Vat. 8, fol. 11r <Nr. 46 bzw. 47>.

Bosquet 37, Nr. 47 = Baluze II 427, Nr. 47 = Migne, PL, 216, 234, Nr. 47; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 384, Nr. 150. — Potth. Reg. 3970.

---

d) *Br. XIII 45 S. 67 Z. 23.* e) *Br. XIII 45 S. 67 Z. 24.* f) *Br. XIII 45 S. 69 Z. 11.* g) *Bosquet:* … Capellae. h) -e- *über der Zeile nachgetragen.* i) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* j) *Bei Baluze und Migne folgt:* vos. k) *Oben Z. 12.* l) Lateranen.

2) S. Br. XIII 45 Anm. 6.

3) Landdekan von Dijon. Vgl. *Dict. HGE* 14 (1960) 475.

4) Dekan der von Herzog Hugo III. von Burgund 1173 gegründeten Sainte-Chapelle (Kollegiatstift Notre-Dame und Saint-Jean-Évangeliste) in Dijon, Diöz. Langres. Vgl. Roussel, *Langres*, IV 41f.

Neopatrensi archiepiscopo[1] **et episcopo**[a] **Cithoniensi**[2] **et Auelensi**[b] **electo**[3]**.**

Venerabilis frater noster Cermopolitanus[c] episcopus[4] nobis humiliter supplicavit, ut diffinitivam sentenciam, quam pro ipso iudices delegati a nobis adversus abbatem et monachos monasterii de Chamenu(m)[d, 5] super fundo eiusdem monasterii, quem idem episcopus ad suam proponebat ecclesiam pertinere, rationabiliter protulerunt, apostolico dignaremur munimine roborare. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus sentenciam ipsam, sicut est iusta, faciatis per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea et cetera.

Datum Laterani, VI Idus Aprilis, anno terciodecimo.

48.

Innocenz III. nimmt das Erzbistum Cashel in den päpstlichen Schutz, bestätigt den gesamten rechtmäßigen Besitz und die Unterstellung der Suffraganbistümer, erlaubt dem Erzbischof den Gebrauch des Palliums an genannten Festtagen und ermahnt ihn, sein Amt tugendhaft auszuüben. Weiters bestimmt er, dass Stab und Ring beim Tod eines Erzbischofs oder eines Suffraganbischofs in seiner Kirche für den Nachfolger verwahrt werden sollen, verbietet die Erblichkeit von Friedhöfen und kirchlichen Benefizien und setzt fest, dass die Wahl des Erzbischofs durch die Suffragane und das Domkapitel zu erfolgen habe.

Lateran, 1210 April 6.

Reg. Vat. 8, fol. 11^{r-v} <Nr. 47 bzw. 48>.

Bosquet 37, Nr. 48 = Baluze II 427, Nr. 48 = Migne, PL, 216, 234, Nr. 48; Sheehy, Pontificia Hibernica, I 140, Nr. 68. — Potth. Reg. 3967; Bliss, Calendar, I 35; Dunning, Letters, 243, Nr. 41.

---

47. [a]) *Bosquet:* .. Episcopo. [b]) *Davor* Au- *mit Ansatz eines weiteren Buchstabens und Kürzung über dem* -u- *durchgestrichen.* [c]) *Bosquet:* .. Cermopolitanus*; Migne:* Cermopilensis. [d]) *Bosquet, Migne:* Chamenun.

47. [1]) S. Br. XIII 13 Anm. 1.

[2]) S. Br. XIII 6 Anm. 3.

[3]) S. Br. XIII 13 Anm. 3.

[4]) S. Br. XIII 6 Anm. 2.

[5]) Koder–Hild, *Hellas*, 188f., vermuten, dass es sich um die „abbatia Communio", in die der B. von Thermopylai seinen Sitz verlegen darf (Br. XI 246 [252] vom Februar 1209, Bd. 11 S. 398 Z. 15f.), bzw. um die Kirche S. Maria de Clusurio in der Diözese Thermopylai, die der Papst dem Kanonikerstift Templum Domini in Jerusalem bestätigt (Br. XI 244 [250] vom Januar 1209, ebd. S. 395 Z. 11f.), im Gebiet von Kleisura, einem Engpass im Kallidromon-Gebirge südwestlich von Mendenitza, handelt; vielleicht die heutige Kirche Panagia Paliomonastero 3,5 km nordwestlich der Kleisura.

Donato, Cassellensi[a] archiepiscopo[1], eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Ex comisso nobis a Deo apostolatus officio fratribus nostris episcopis tam vicinis quam longe positis paterna nos convenit provisione consulere et ecclesiis, in quibus Domino militare noscuntur, suam iusticiam conservare, ut quemadmodum disponente Domino patres vocamur in nomine, ita nichilominus conprobemur in opere. Huius rei gratia, venerabilis in Christo frater Donate, Cassellensis archiepiscope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam Cassellensem tibi commissam sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque pocessiones, quecumque bona ecclesia eadem in presenciarum iuste[b] et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Cassellum[2] cum omni iure, terris, pocessionibus et aliis pertinenciis suis; Ceallmumenoch[3] cum omnibus pertinenciis suis; Ceallmithini[4] cum omnibus pertinenciis suis; Gleanneam[c, 5] cum omnibus pertinenciis suis; Geallbecan[d, 6] cum omnibus[e] pertinenciis suis; Cealloscathan[7] cum omnibus pertinenciis suis; Cluam Arglur(us)[f, 8] cum omnibus[g]

---

48. [a]) *In den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 30[r]):* Casselen. [b]) *Am Rande eine kleine Raute, darüber mit anderer Tinte:* ex p(re)ci- *(?).* [c]) *Bosquet, Migne:* Gleannean. [d]) *Bosquet, Migne:* Geallbecam. [e]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [f]) *Bosquet, Migne:* Argtum. [g]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

48. [1]) Donatus (Donnchadh, Dionysius ?) Ó Longargáin, EB. von Cashel ca. 1208–1216 oder bis 1223 (resigniert, gest. 1232). Mit zwei aufeinander folgenden, gleichnamigen Erzbischöfen rechnet Sheehy, *Pontificia Hibernica*, I 140, Nr. 68, Anm. 1; *ebd.* II 419 (Index), während Watt, *Church*, 110–113, die Aufteilung nicht vornimmt. Diese beruht auf der isolierten Meldung der Annalen von Ulster, dass während des 4. Laterankonzils der — sicher dort anwesende — EB. von Cashel in Rom gestorben wäre; sicher ist hingegen der Tod eines anderen irischen Erzbischofs, Eugenius' von Armagh, am Konzil. Vgl. vorsichtig Dunning, *Irish Representatives*, 91, 97f., 122f., und phantasievoll Gwynn, *Henry of London*, 299f.; zur trotz schwacher Basis weitgehend kanonisierten Zählung zweier EB. „Donnchad Ua Lonngargáin" von Cashel vgl. Fryde–Greenway–Porter–Roy, *Handbook*, 336, zu Armagh *ebd.* 334.

[2]) Cashel, Gft. Tipperary.

[3]) Leighmockevoge (Killmockevoge), Bar. Eliogarty, Gft. Tipperary. Vgl. Sheehy, *Pontificia Hibernica*, I, Nr. 68, S. 141, Anm. 2; oder vielleicht Killavinoge, Bar. Ikerrin. Vgl. Nicholls, *Charter*, 269, 275 („Kealmouenoc"). Auffällig ist die geringe Übereinstimmung der im Privileg Innocenz' III. genannten Orte mit denen in der Besitzbestätigung des „dominus Hibernie" und zukünftigen Königs Johann von England von 1192/1193; Dr.: Nicholls, *Charter*, 269, zur Datierung vgl. *ebd.* 267.

[4]) Vielleicht Tinakilly bei Fethard, Bar. Middlethird. Vgl. Sheehy, *Pontificia Hibernica*, I 141, Nr. 68, Anm. 3.

[5]) Glenkeen, Bar. Kilnamanagh Upper, Gft. Tipperary. Vgl. *ebd.* Anm. 4.

[6]) Kilbeacon (abgekommen), in der Pfarre Callabegs, Bar. Eliogarty. Vgl. *ebd.* Anm. 5; Nicholls, *Charter*, 269, 275 („Kealbecan").

[7]) Killoskehan, Bar. Ikerrin, Gft. Tipperary. Vgl. Sheehy, *Pontificia Hibernica*, I 141, Nr. 68, Anm. 6; Nicholls, *Charter*, 269, 275 („Kealascahan").

[8]) Vielleicht Fethard, Bar. Middlethird. Vgl. Sheehy, *Pontificia Hibernica*, I 141, Nr. 68, Anm. 7.

pertinenciis suis; Caalltulach[9)] cum omnibus pertinenciis suis; Ceallehurrigi[10)] superior cum omnibus pertinenciis suis; Ceallehurrigi inferior[h)] cum omnibus[i)] pertinenciis suis; Ceallehluam[j, 11)] cum omnibus pertinenciis suis[j)] et omnes alias pocessiones cum pertinenciis suis usque[k)] cathedrales vero ecclesias, que metropolitico sunt tibi iure subiecte, sicud acthenus fuisse noscuntur, tibi tuisque successoribus auctoritate apostolica nichilominus confirmamus et presentis scripti privilegio communimus, videlicet ecclesiam Lumpnicensem[l, 12)], Laoniensem[13)], Finnabarensem[14)], Waterfordensem[15)], Ardmorensem[16)], Lesmorensem[17)], Cluanensem[18)], Corcaiensem[19)], Rossensem[20)], Ardfercensem[21)] et Imblicensem[22)]. Palleum etiam, plenitudinem videlicet pontificalis officii[23)], fraternitati tue apostolice [sedis][m)] liberalitate largimur, quo intra ecclesiam tuam ad missarum sollempnia celebranda uti memineris[n)] eis diebus, quibus[o)] predecessores tuos usos fuisse cognoscis, videlicet in Nativitate[p)] Domini, festivitate prothomartiris Steph(an)i, Circumcisione Domini, Epyphania Domini[q)], Ypapanti[r)], dominica de Gaudete, dominica Letare Ier(usa)l(e)m, dominica in Ramis palmarum, Cena Domini, Sabbato sancto, Pascha, secunda feria post Pascha, Ascentione, Pentecoste, tribus festivitatibus beate Dei genitricis et virginis Marie, natalicio beati Ioh(ann)is baptiste, comemoratione Omnium sanctorum, sollempnitatibus omnium apostolorum, dedicationibus ecclesiarum, consecrationibus episcoporum, ordinationibus clericorum, ecclesie tue[s)] principalibus festivitatibus et anniversario tue consecrationis die. Convenit ergo te diligencius[t)] providere, quomodo sit huiusmodi indumenti honor modesta actuum vivacitate servandus et, ut ei morum tuorum ornamenta conveniant et tu esse valeas utrobique Deo auctore conspicuus[u)] et quem pastoralis cure constringit officium, dilectionem proberis fratribus exhibere et[v)] ipsi etiam adversarii propter mandatum Dominicum tuo circa te copulentur affectu. Pacem se- vgl. Mt 5, 44; Lc 6, 27f. 35

[h)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [i)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [j–j)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [k)] *Vielleicht aus einem Konzept übernommen. S. Einleitung S. XVII.* [l)] *Bosquet, Migne:* Lumnicensem. [m)] *So Bosquet und Migne.* [n)] -in- *korr. aus* -en- *auf kleiner Rasur.* [o)] *Folgt überflüssiges* quibus. [p)] nativite. [q)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [r)] *Bosquet:* Ypopauti. [s)] *Reg. Vat. 8 interpungiert hier:* ordinationibus clericorum ecclesie tue, principalibus festivitatibus. [t)] *Am Rande zwei kurze, waagrechte Striche.* [u)] -s- *mit gleicher Tinte über der Zeile nachgetragen.* [v)] *Migne*: ut.

[9)] Killough, Bar. Middlethird. Vgl. *ebd.* Anm. 8.
[10)] Killardy, Bar. Clanwilliam. Vgl. *ebd.* Anm. 9.
[11)] Killaloan, Bar. Upper Third und Iffa and Offa East, Gft. Tipperary. Vgl. *ebd.* Anm. 10.
[12)] Limerick, Suffr. von Cashel. Zu den Suffraganbistümern vgl. *ebd.* Anm. 11; Millett, *Diocèses*, 21.
[13)] Killaloe, Suffr. von Cashel. Vgl. *ebd.* 24.
[14)] Kilfenora, Suffr. von Cashel.
[15)] Waterford, Suffr. von Cashel.
[16)] Ardmore, Suffr. von Cashel. Das Bistum ging in der Folge in dem von Lismore auf. Vgl. Millett, *Diocèses*, 24.
[17)] Lismore, Suffr. von Cashel.
[18)] Cloyne, Suffr. von Cashel.
[19)] Cork, Suffr. von Cashel.
[20)] Ross (Rosailithir), Suffr. von Cashel. Vgl. Millett, *Diocèses*, 22.
[21)] Ardfert, Suffr. von Cashel.
[22)] Emly, Suffr. von Cashel.
[23)] Vgl. *JL* 6570 (Paschal II.) = Comp. I 1. 4. 21 = X 1. 6. 4 (Friedberg, *CorpIC*, II 49).

quaris cum omnibus, piis vaces operibus, virtutibus polleas, fulgeat in pectore tuo rationale iudicii cum superhumeralis actione coniunctum; ita procedas in conspectu Dei et in occulis hominum, quatinus gregi tibi commisso virtutis prestes exemplum, ut et ipsi videntes opera tua bona glorificent patrem nostrum, qui est in celis. Sit in linga tua edifficationis sermo, sit zeli fervor in animo et preter hec cuncta, que officio tuo conveniunt, cum ea temperancia agas, ut, que palley dignitas expetit, videaris ferventer amplecti et gloriam sempiternam atquirere tibi possis in celis. Adicimus quoque, ut, cum te vel aliquem[w)] suffraga*neorum tuorum mori contigerit[x)], baculus pastoralis et anulus[y)] in ecclesia remaneant propria sub fideli custodia constituti ad successoris usum, cum Deo favente consecrationem acceperit, conservandi. Cimiteria[z)] quoque ecclesiarum et ecclesiastica beneficia nullus hereditario iure possideat; quod siquis hoc facere contenderit, censura canonica conpescatur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci archiepiscopo, vel tuorum quolibet successorum nullus ad eandem ecclesiam in archiepiscopum eligatur, nisi quem suffraganei episcopi et canonici eiusdem ecclesie[24)] vel maior[aa)] pars consilii sanioris, sicut est acthenus observatum, secundum Deum providerint eligendum[25)].

vgl. Mt 5, 16. 45; 6, 9; 7, 11; 16, 17 u. ö.

* fol. 11v

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur tuis ac tuorum successorum usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona et cetera usque districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco et cetera usque inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Laterani per manum Ioh(ann)is, sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, sancte Romane ecclesie cancellarii[26)], VIII Idus Aprilis, indictione XIII[a], incarnationis dominice anno M°CC°X°[bb)], pontificatus vero d(omi)ni Innocen(tii) pape III anno XIII°.

49.

Innocenz III. trägt dem Magister Nikolaus, Domkanoniker von Meißen, und dem Kanoniker Burkhard von Wurzen, nachdem er im Prozess zwischen dem päpstlichen Subdiakon Otto und dem vorgeblichen Dompropst Walter von Magdeburg um die Dompropstei den Parteien unter Hintansetzung eines rechtlich fragwürdigen Urteils des Erzbischofs (Siegfried) von Mainz und seiner Kodelegaten und einer etwaigen Appellation Walters das weitere Vorbringen ihrer Argumente gestattet hat, auf, Zeugen über die vorgebrachten Materien einzuvernehmen, die jeweiligen Gründe für die Zurückweisung von Zeugen der Gegenseite zu untersuchen, die Ergebnisse verschlossen

---

[w)] *Korr. aus* aliquor(um). [x)] c(on)tingerit. [y)] *Bosquet, Migne:* annulus. [z)] cimt(er)ia. [aa)] maioris; maior *bei Bosquet und Migne.* [bb)] *Bosquet, Migne:* millesimo ducentesimo decimo.

[24)] Zum Domkapitel von Cashel vgl. Watt, *Church*, 110f.; Watt, *Church and Two Nations*, 57, Anm. 1.

[25)] Vgl. Conc. Lat. III, c. 16 (*COD*[3] 219) = Comp. I 3. 10. un. = X 3. 11. 1 (Friedberg, *CorpIC*, II 506).

[26)] S. Br. XIII 5 Anm. 53.

an die Kurie zu senden und die Parteien zur Entgegennahme des Urteils an die Kurie zu laden. Sollte einer von ihnen verhindert sein, den Auftrag bis zum kommenden 1. Oktober auszuführen, soll der Abt Florentius von Sittichenbach an seine Stelle treten.

Lateran, 1210 April 9.

Reg. Vat. 8, fol. 11^{v}–12^{r} <Nr. 48 bzw. 49>.

Bosquet 39, Nr. 49 = Baluze II 428, Nr. 49 = Migne, PL, 216, 236, Nr. 49. — Potth. Reg. 3972; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 158, Nr. 366.

Magistro Nicholao[a)] Misnensi[1)] et Burcardo Vrcinensi[b, 2)] canonicis.

Cum dilecti filii Octo[c)], subdiaconus noster[3)], et Galterius[d, 4)], qui se gerit pro Maigdeburgensi[e)] preposito, coram nobis de sentencia litigarent, quam super prepositura Maigdeburgensi venerabilis frater noster Maguntinus[f)] archiepiscopus[5)] et condelegati sui pro ipso subdiacono promulgarant, petente illam altero infirmari, reliquo vero ipsam multipliciter defendente, nos tandem volentes de principali negocio et contingentibus illud fieri certiores, cum ex litteris apostolicis, in quibus videbatur processus negocii exaratus, perpendi non posset, an super eo lis fuerit contestata, nec coram archiepiscopo et condelegatis[g)] suis fuerit contestatio litis facta sed a iamdicto Galterio[h)] ad declinandum eorum iudicium appellatum[6)], decrevimus, ut eadem sentencia non obstante prefatus O(cto) facultatem haberet proponendi de novo contra electionem et personam Galterii, si qua vellet, et ipse se ad singula deffendendi.

---

49. [a)] *Bosquet, Migne:* Nicolao. [b)] *Bosquet:* Vvrcinensi*; so auch Migne.* [c)] *Bosquet, Migne:* Otto. *Migne löst in der Folge immer zu* Otto *auf.* [d)] *Bosquet, Migne:* Gualterius. [e)] *Bosquet und Migne passim:* Magdeburgen-. *In den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 30^{r}):* Madeburgen. [f)] *Bosquet:* … Maguntinus. [g)] condelatis. [h)] *Migne passim:* Gualteri-.

49. [1)] Magister Nikolaus, Domkanoniker von Meißen, päpstlicher Subdiakon, Kreuzzugsprediger (sancte crucis legatus) und Familiar König Friedrichs II., bezeugt 1204–1221/1222. Vgl. Br. VIII 110 (109) Bd. 8 S. 196 Z. 1; Gersdorf, *UB Hochstift Meissen*, I, Nr. 78, S. 75; III 458 (Index); Gersdorf, *UB Stadt Meissen*, Nr. 147, S. 103; Nr. 391, S. 294; Graber, *UB Altzelle*, S. 55, Nr. 37; *MGH DD F. II.*, Nr. 285, 422.

[2)] Burkhard, als Kanoniker von Wurzen (Kollegiatstift, Diöz. Meißen, Lkr. Leipzig, Sachsen) bezeugt 1185, gest. vor März 2011. Vgl. Gersdorf, *UB Hochstift Meissen*, I, Nr. 59, S. 61; Br. XIV 31 (Migne, *PL*, 216, 407); Wendehorst–Benz, *Säkularkanonikerstifte*, 165.

[3)] Otto, Sohn Diepolds (III.) von Častav (Tschaslau) und Neffe Herzog Heinrichs I. des Bärtigen von Schlesien, wurde 1207 von Innocenz III. zum päpstlichen Subdiakon geweiht und als Nachfolger des zum Erzbischof aufgestiegenen Albrecht von Käfernburg (s. unten Anm. 10) mit der Dompropstei von Magdeburg providiert, konnte sich aber erst 1212 gegen den von anderen Domkanonikern zum Dompropst gewählten Walter (s. unten Anm. 4) durchsetzen; als Dompropst bezeugt bis 1225, gest. 1226. Vgl. Br. IX 212 (214), 213 (215); XIV 31 (Migne, *PL*, 216, 407); Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 314; Zakrzewski, *Piast czy Przemyślida*; Zientara, *Heinrich der Bärtige*, 161, 231f.

[4)] Walter, vielleicht Angehöriger der Adelsfamilie von Arnstein, als Domkanoniker von Magdeburg bezeugt ab 1203, als Dompropst von Magdeburg 1207–1211/1212, vielleicht 1214 Domkanoniker in Halberstadt. Vgl. Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 313f.; Heinrich, *Grafen von Arnstein*, 38–40 und Stammtafel 1, und oben Anm. 3.

[5)] Siegfried (II.) von Eppstein, EB. von Mainz 1200–1230. Vgl. *LMA* 7 (1995) 1866f.; Gatz, *Bischöfe*, 398f.

[6)] Sehr wahrscheinlich eine „appellatio extraiudicialis". Vgl. *JL* 12020 (Alexander III.) = Comp. I 2. 20. 5 = X 2. 28. 5 (Friedberg, *CorpIC*, II 411); Nörr, *Baustein*, bes. 469f.

Proposuit igitur dictus O(cto), quod electione sua, que facta fuerat pluribus canonicis presentibus et nequaquam contradicentibus, non cassata, cui tamen idem non pro ipsa promovenda, sed pro alia infirmanda tantum incistit, eleccio memorati G(alterii)[i)], dum excommunicationis vinculo teneretur, presumpta fuit non solum post diversas appellationes ab ipso rationabiliter interpositas et iter arreptum ab eo pariter et Lodulfo[j, 7)] ac Lodoyco[8)] atque Crastone[k, 9)], concanonicis suis, ad sedem apostolicam accedendi, verum etiam legitimis eorundem concanonicorum suorum appellationibus vilipensis ultra semestre quoque tempus et citra[l)] terminum a venerabili fratri nostro Maigdeburgensi archiepiscopo[10)] assignatum, infra quem idem O(cto) et socii sui poterant ad ecclesiam pro facienda electione redire; super quibus testes suos recipi[m)] postulavit. Ad hec dilectus filius .. custos Maigdeburgensis[11)] contra eandem electionem obiecit, quod post appellationem ab eo legitime interpositam fuerat attemptata[12)], et super hoc quosdam testes coram dilecto filio nostro Pelagio, sancte Lucie ad Septasolis dyacono cardinali[n, 13)], eis a nobis auditore concesso produxit, et adhuc alios intendit producere coram nobis.

Prefatus vero Galterius ex adverso respondens et negans, que proposita fuerant contra eum, quedam super facto electionis sue, quedam etiam contra excommunicationis exceptionem sibi obiectam proposuit replicando et ea se obtulit[o)] oportuno tempore probaturum; petens interim quosdam testes, quos presentes habebat, recipi super illis videlicet: quod sepedictus O(cto) appellationi, quam fecerat super eo, quod non respondebatur literis nostris pro ipso directis[14)], renunciavit expresse; quod archiepiscopus, cum oporteret ipsum legatis nostris[15)] occurrere, appellavit, ne capitulum ante reditum suum ad electionem procederet, cui de more interesse debe-

---

[i)] *Bosquet:* B. [j)] *Bosquet, Migne:* Lodulpho. [k)] *Bosquet, Migne:* Crascone. [l)] *Bosquet, Migne:* circa. [m)] -pi *vielleicht korr.* [n)] *Am Rande:* No(ta) cardinale(m) s(an)c(t)e Lucie ad Septasolis, *darüber ein verweisender Pfeil zum Namen der Kirche.* [o)] *Bosquet:* obstulit.

[7)] Ludolf von Schwanebeck, als Domkanoniker von Magdeburg bezeugt 1203–1241, Elekt von Brandenburg 1221/1222, Domscholaster von Mainz 1225–1232. Vgl. Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 466; Gatz, *Bischöfe*, 70.

[8)] Ludwig von Lauenburg, als Domkanoniker von Magdeburg bezeugt 1205–1231, als Domkantor 1231. Vgl. Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 416f.

[9)] Krafto von Biedenkopf, als Domkanoniker von Magdeburg bezeugt ab 1205, als Domkellner 1225–1249, Propst von St. Nicolai in Magdeburg 1241–1256. Vgl. Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 400, 435.

[10)] Albrecht, Graf von Käfernburg, EB. von Magdeburg 1205–1232. Vgl. Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 306, 313; *LMA* 1 (1980) 324f.; Hucker, *Otto IV.*, 442f., Nr. 88; Gatz, *Bischöfe*, 385.

[11)] Konrad von Oppen, als Domkustos von Magdeburg bezeugt 1207–1219. Vgl. Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 371.

[12)] S. Br. XIII 1 Anm. 15.

[13)] S. Br. XIII 45 Anm. 9.

[14)] Vielleicht Br. IX 213 (215) vom Jänner 1207.

[15)] Wahrscheinlich ist die erste Legation des (K.-)B. Hugo (Hugolinus) von Ostia (s. Br. XIII 45 Anm. 2) und des KP. Leo von S. Croce (s. Br. XIII 50 Anm. 20) 1207/1208 ins Reich zur Beilegung des Thronstreits gemeint, da Albrecht, der im Jänner 1207 in Rom geweiht wurde, im April in Magdeburg eintraf und Walter gegen Ende dieses Jahres als Dompropst genannt ist. Vgl. Br. IX 259 (261) Bd. 9 S. 445 Z. 7–10; Mülverstedt, *Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis*, II 117, Nr. 284; Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 313. Zur Legation s. Br. XIII 50 Anm. 21. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 139f.; Krieb, *Vermitteln*, 215–218.

bat[16]; quod maior et sanior pars capituli concensit induciis, quas idem archiepiscopus postulavit, ut scilicet electio usque ad eius reditum[p] differretur, et Conradus[17] et Crasto[q], socii eiusdem O(ctonis)[r], ipsis induciis concenserunt; et quod demum a maiori et saniori parte capituli in prepositum sit electus[18]; adiciens, quod memoratus O(cto) admitendus non esset ad exceptionem, quam de ipsius excommunicatione proponit, tum quia symoniam in sue nominationis facto ipsum commisisse dicebat, tum etiam propter alias causas, quas asserebat consistere circa factum, cum illum communicasse sibi tam ante causam astrueret quam in causa. Sed ad hoc[s] idem O(cto) respondit, quod, licet omnino nullam commiserit symoniam, quin pocius ipse Galterus[t] symoniacam commiserit pravitatem, per replicationem tamen premissam de iure non posset excommunicationis probacio impediri, cum exceptionem huiusmodi talis replicatio non contingat, et si etiam verum esset, quod tam ante causam quam in causa prefato communicasset * Galterio, ipse tamen non debuisset eum in manifesto vitare, tum quia denunciatus non fuerat et tam a prelatis quam aliis communicabatur eidem, tum quia, etsi crederet eum in canonem late sententie incidisse, sicud ei fuerat intimatum, non tamen hoc viderat[u] per se ipsum, sed confidebat per alios id posse probare. * fol. 12r

Quia igitur replicationes huiusmodi non solum invalide sunt sed et frivole reputande, nos eis nequaquam obstantibus quosdam testes super aliquibus premissorum recipi fecimus utrimque productos et depositiones eorum sub eiusdem cardinalis sigillo apud sedem apostolicam reservari, discretioni vestre per apostolica scripta mandantes, quatinus[v] recipiatis alios testes tam super hiis, super[w] quibus iam sunt testes producti, quam etiam super aliis in narrationibus parcium conprehensis[x] et eos insuper, quos ad reprobacionem[y] testium partis adverse utralibet pars duxerit producendos, et depositiones eorum examinetis prudenter ac fideliter conscribatis easque sub sigillis vestris inclusas ad sedem apostolicam destinetis prefigentes partibus terminum conpetentem, quo se nostro conspectui representent iustam auctore Deo sentenciam recepture. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore substraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quodsi quicquam humanitus alterutri vestrum contingeret, ut hiis fideliter exequendis, sicud iuramento prestito uterque tenetur, usque ad Kalendas Octobris proximo futuras[19] interesse non posset, ex tunc dilectus filius Florencius, abbas de Sychem[20], omni contradictione ac appellatione cessantibus premissa cum reliquo auctoritate presencium exequatur; nullis litteris obstantibus preter assensum parcium a sede apostolica impetratis.

Datum Laterani, V Idus Aprilis, pontificatus nostri anno terciodecimo.

---

[p]) *Korr. aus* redditum *durch Unterpungierung des zweiten* -d-. [q]) *Bosquet, Migne:* Crasco. [r]) *Bosquet, Migne:* Ottonis. [s]) *Bosquet, Migne:* haec. [t]) *Bosquet:* Galterius, *Migne:* Gualterius. [u]) videret; viderat bei *Bosquet und Migne*. [v]) *Bosquet:* quod. [w]) *Bosquet:* supra. [x]) conp(re)hensit; comprehensis *bei Bosquet und Migne*. [y]) *Bosquet, Migne:* replicationem.

[16]) Vgl. Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 136.

[17]) Wenn nicht der Domkustos Konrad von Oppen (s. oben Anm. 11) gemeint ist, kommen Konrad von Salzwedel, als Domkanoniker von Magdeburg bezeugt 1206–1233, Domkantor 1233, B. von Kammin (Kamień) 1233–1241, oder Konrad, als Domkanoniker von Magdeburg bezeugt ab 1206, Archidiakon 1211 und Propst von Mildensee 1220/1221, in Frage. Vgl. Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 417, 432, 466f.; Gatz, *Bischöfe*, 253f.

[18]) S. Br. XIII 48 Anm. 25.

[19]) 1. Oktober 1210.

[20]) S. Br. XIII 21 Anm. 2.

50.

Innocenz III. gewährt den Parteien im vor ihm geführten Prozess über die Ehescheidung der A(dele) von Meißen und des Königs (Otakar) von Böhmen und dessen Verheiratung mit K(onstanze) von Ungarn einen Aufschub, trägt A(dele) (und dem König) auf, Bevollmächtigte zum peremtorischen Termin am 11. November 1210 zur Entgegennahme des Urteils zu entsenden, sofern nicht zuvor eine gütliche Einigung erreicht wird(, informiert K[onstanze] darüber und trägt ihr auf, nach Wunsch ebenfalls einen Bevollmächtigten zu senden).

Lateran, 1210 April 13.

Reg. Vat. 8, fol. 12^{r}–13^{r} <Nr. 49 bzw. 50>.

Bosquet 41, Nr. 50 = Baluze II 429, Nr. 50 = Migne, PL, 216, 238, Nr. 50; Posse, Urkunden der Markgrafen von Meißen, III 114, Nr. 146; Friedrich, Codex Bohemiae, II 81, Nr. 88. — Potth. Reg. 3975; BFW 6086; Böhmer–Will, Regesten, 144, Nr. 143; Boehme, UB Pforte, I 545, Nr. LXV; Dobenecker, Regesta Thuringiae, II 269, Nr. 1454–1456.

Nobili mulieri A(dele) sorori nobilis viri marchionis[a)] Misnen(sis)[1)].

Dudum ad aures[b)] nostras ex parte tua questione perlata, quod, cum carissimus in Christo filius noster .. rex Boemorum[c), 2)] illustris te duxisset legitime in uxorem ac decem et octo annis[3)] et amplius velud coniugem legitimam pertractasset filiis et filiabus ex te susceptis[4)] ac venerabilis frater noster Pragensis episcopus[5)] ad petitionem et mandatum eiusdem regis — te volente ad causam accedere, ut tuas coram eo proponeres rationes, sed a satellitibus memorati regis prohibita[6)] — post appellationem ad nos interpositam divorcii sententiam promulgasset[7)], a qua fecissti per capellanum tuum intra[d)] decendium[e)] appellari[8)], eodem rege superducente[f)] postmodum carissimam in

---

50. [a)] *Bosquet:* .. Marchionis. [b)] -s *auf Rasur.* [c)] *Migne:* Bohemiae. [d)] infra; intra *bei Bosquet. Vgl. Anm. 8.* [e)] decenniu(m); decendium *bei Bosquet und Migne.* [f)] *Bosquet:* supraducente.

50. [1)] Adele von Meißen, Schwester des Markgrafen Dietrich von Meißen und der Niederlausitz (s. Br. XIII 116 [118] Anm. 7), heiratete vor 1180 Otakar I. Přemysl, gest. 1210. Vgl. Schwennicke, *Stammtafeln*, I, T. 56. Der erste Brief Innocenz' III. im Verfahren ist Br. II 179 (188) vom Oktober 1199. Vgl. Iwańczak, *Innocent III and Bohemia*, 1205–1207; Weller, *Heiratspolitik*, 678–686, 816.

[2)] Otakar I. Přemysl, Herzog 1192/1193, 1197, König von Böhmen 1198–1230. Vgl. *LMA* 6 (1993) 1553; *BLGBL* III (2000) 308f.; Schütte, *Philipp*, 536f.; Žemlička, *Přemysl Otakar I.*

[3)] Die angeführten 18 „und mehr" Ehejahre (vgl. oben Anm. 1) entsprechen dem Wortlaut des Br. IV 65 von Mai/Juni 1201 (Dr.: Friedrich, *Codex Bohemiae*, II 14, Nr. 20), dem der erste Teil des Briefs weitgehend folgt. Im Br. II 179 (188) vom Oktober 1199 war die Rede von über 20 Jahren gewesen. Vgl. Friedrich, *Codex Bohemiae*, II 14, Nr. 20, Vorbemerkung; 81, Nr. 88, Vorbemerkung.

[4)] Als Kinder dieser Ehe sind Wratislaw, Margarethe, Borislawa und Hedwig bekannt. Vgl. Iwańczak, *Innocent III and Bohemia*, 1205.

[5)] Daniel (II.) Milik, B. von Prag (Praha) (Suffr. von Mainz, ht. Erzbistum) 1197–1214. Vgl. Bosl, *Handbuch*, I 579; *BLGBL* I (1979) 231f.; Gatz, *Bischöfe*, 576f.

[6)] Vgl. die Darstellung des Königs in seinem Brief an den Papst, der zufolge Adele nicht vor dem Prager Bischof erschienen wäre: Friedrich, *Codex Bohemiae*, II, Nr. 8, S. 7 Z. 18–25.

[7)] S. Friedrich, *Codex Bohemiae*, II, Nr. 8, S. 7 Z. 25–28. Vgl. Br. II 179 (188) vom Oktober 1199.

[8)] Vgl. Novellen 23. 1 (Ed. Schoell–Kroll 187) = *Decretum Gratiani* C. 2 q. 6 c. 28 (Friedberg, *CorpIC*, I 474); Br. I 540 (543) Bd. 1 S. 782 Z. 11f. = Comp. III 2. 18. 5 = X 2. 27. 15 (Friedberg, *CorpIC*, II 400).

Christo filiam C(onstantiam)[9] sororem carissimi in Christo filii nostri regis[g] Vngarorum[h, 10] illustris post diversas litteras super eodem negocio impetratas, demum venerabilibus fratribus nostris Halbestatensi[i, 11] et Hambembergensi[j, 12] episcopis et dilecto filio abbati[k] de Porca[13] dedimus in mandatis[14], ut vocatis ad suam presenciam, quos noscerent evocandos, inquirerent[l] diligencius veritatem et, quod invenirent, per suas nobis litteras intimarent, ut ex eorum relatione sufficienter instructi procedere liberius in negocio valeremus. Ipsi vero testes postea receperunt ex tua parte productos, qui iuraverunt pro utraque parte dicere veritatem, et depositiones eorum propriis sigillis inclusas ad nostram presenciam transmiserunt. Verum cum procurator tuus et nuncius eiusdem regis propter hoc apud[m] sedem apostolicam constituti coram dilecto filio nostro P(etro), tituli sancti Marcelli presbitero cardinali[15], quem ipsis dedimus auditorem, aliquamdiu litigassent et procurator ipse atestationes easdem approbandas assereret et nuncius ex adverso eas utpote lite non contestata et post appellationem ad nos legitime interpositam inordinate receptas[16] peteret reprobari, nos intelectis per cardinalem ipsum utrimque propositis attestationes prefatas nec approbandas duximus nec etiam reprobandas, sed eas tempori discutionis decrevimus reservari, ut tunc contra illas allegaretur a partibus et pro illis; venerabili fratri nostro Salzburgensi[n] archiepiscopo[17] et eius coniudicibus iniungentes[18], ut partibus ad locum ydoneum convocatis omni excusatione ac occasione cessantibus reciperent testes, quos pars tua vel regis, cum nondum didicissetis testificata, super processu Pragensis episcopi vel predictorum iudicum duceret producendos ita, quod tu[o] testes, quos prius induxeras,

---

[g]) *Bosquet:* … Regis. [h]) *Migne passim:* Hungar-. [i]) *Migne:* Halberstatensi. [j]) *Bosquet:* .. Hambembergen. [k]) *Bosquet:* … Abbati. [l]) *Am Rande:* Sup(er) divorcio int(er) rege(m) Bohemor(um) et sua(m) regina(m), q(ui) p(ost) prima(m) s(e)n(tenti)am c(on)traxit cu(m) sorore reg(is) Vngarie, *mit einem Strich zu* inquirerent *zugeordnet*. [m]) ad; apud *bei Bosquet*. [n]) *Bosquet, Migne:* Salsburgensi. [o]) *Migne:* in.

[9]) Konstanze, die Otakar Mitte 1199 heiratete (s. auch Br. II 188 [197] S. 360 Z. 32–34), gest. 1240. Vgl. Wegener, *Přemysliden*, 6 (T. II); Žemlička, *Přemysl Otakar I.*, 82f., 86, 91, 562 (Stammtafel).

[10]) Andreas (II.), Herzog von Dalmatien und Kroatien, König von Ungarn 1205–1235.

[11]) Gardolf von Harbke, B. von Halberstadt (Suffr. von Mainz) 1193–1201. Vgl. Gatz, *Bischöfe*, 219.

[12]) Berthold, B. von Naumburg 1186–1206 (resigniert), gest. (nach) 1219. Vgl. Gatz, *Bischöfe*, 473. Die Identifizierung ergibt sich aus der Schreibung „Nuhemburgensi" im Brief Innocenz' III. von 1201. Vgl. Friedrich, *Codex Bohemiae*, II, Nr. 20, S. 15 Z. 27.

[13]) Winemar, Abt von Pforte (Zist.-Abtei, Diöz. Naumburg) 1196–1236. Vgl. Kunde, *Pforte*, 199–250.

[14]) Wahrscheinlich im Jahr 1200. Vgl. Friedrich, *Codex Bohemiae*, II, Nr. 20, S. 16, Anm. 13.

[15]) S. Br. XIII 44 Anm. 6. Vgl. Maleczek, *Petrus Capuanus*, 90, 116.

[16]) Vgl. Br. I 362 Bd. 1 S. 547 Z. 3–5 = Comp. III 2. 3. 1 = X 2. 6. 1 (Friedberg, *CorpIC*, II 258f.); Br. VII 227 Bd. 7 S. 404 Z. 12–15 = Comp. III 2. 3. 4. = X 2. 6. 4 (Friedberg, *CorpIC*, II 263), und Br. XIII 1 Anm. 15.

[17]) Eberhard (II.) von Regensberg, EB. von Salzburg 1200–1246, davor Bischof von Brixen 1196–1200. Vgl. Dopsch, *Geschichte Salzburgs*, I/1 308–336; Gatz, *Bischöfe*, 661–663.

[18]) Im Mai/Juni 1201: Friedrich, *Codex Bohemiae*, II 14, Nr. 20. Die beiden anderen Adressaten waren der EB. Ludolf von Magdeburg (1192–1205; vgl. *LMA* 5 [1991] 2166f.; Gatz, *Bischöfe*, 384f.) und Romarus, als Propst von Seeburg (Diöz. Magdeburg, Mansfelder Seekreis/Eisleben) bezeugt 1200–1202 (bezeugt 1172 als Domkanoniker von Magdeburg und zuletzt als Propst des Kollegiatstiftes St. Peter in Magdeburg 1203; vgl. Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 438, 462f.).

vel alios, si velles inducere, minime vetareris, cum non renunciasses testibus producendis, et gesta omnia redacta in scriptis ad sedem apostolicam destinarent prefigentes partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui presentarent sententiam recepture. Qui quoniam propter impedimenta varia procedere nequiverunt, venerabilis frater noster H(ugolinus), Hostiensis episcopus[19)], et dilectus filius L(eo), tituli sancte Crucis presbiter cardinalis[20)], qui tunc legationis officio in Teutonia fungebantur[21)], auctoritate tam nostra quam sua Auelb(er)gensi episcopo tunc electo[22)] et[p)] ..[p)] sancti Georgii[23)] et ..[q)] de Sychem[24)] abbatibus iuxta prescriptam formam idem negocium commisere, qui post multos cause circuitus, sicud ex litteris[25)] predictorum episcopi et abbatis de Sychem nobis innotuit, memorato regi, qui propter contumaciam manifestam[26)] fuerat excommunicatus ab eis, absolutionis beneficium impenderunt ab eodem recepta iuratoria cautione, quod pareret iusticie coram ipsis[27)]; cui cum diem et locum ad procequendum[r)] negocium perhemptorie assignassent, propter contumaciam suam demum in priorem eum sententiam reduxerunt, recipientes testes ex tua parte productos. Cum autem postmodum iteratos clamores nostris auribus inculcasses et nos deliberaverimus cum fratribus nostris, quid ad expediendum negocium tociens impeditum agere deberemus, hoc * tandem occurrit, ut sub examine * fol. 12v nostro causa eadem ventilata finem debitum sorciretur. Unde venerabili fratri nostro Maguntino[s)] archiepiscopo[28)] dedimus in preceptis, ut ex parte nostra partibus pro termino peremptorio Kal. Octobris proximo preteritas[29)] assignaret, infra quas per se aut responsales idoneos cum omnibus, que ad causam necessaria noscerent, nostro se conspectui presentarent sententiam recepture. Supradicte quoque C(onstantie) sorori regis Vngarie, quam sibi rex Boemie copularat, citationis tenorem iussimus intimari, ut, si vellet, ad deffentionem suam idoneos dirigeret responsales.

Porro cum nuper dilecti filii ..[t)] tuus et .. ac .. tam ipsius regis quam C(onstantie) sororis regis Vngarie procuratores propter hoc ad sedem apostolicam accessissent, procurator tuus depositiones testium coram primis et secundis iudicibus produc-

---

[p–p]) *Bosquet:* .. et; *Migne:* et. [q]) *Fehlt bei Bosquet.* [r]) *Bosquet:* persequendum. [s]) *Bosquet:* .. Maguntin. [t]) *Fehlt bei Bosquet.*

[19]) S. Br. XIII 45 Anm. 2.

[20]) Leo Brancaleonis, KP. von S. Croce in Gerusalemme 1202–1224. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 137–139.

[21]) Zur Legation der beiden Kardinäle in Deutschland vom Sommer 1207 bis April 1208 vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 129, 139; Winkelmann, *Philipp von Schwaben*, I 414–434; BFW **9987**c–**9991; Krieb, *Vermitteln*, 183–200.

[22]) Sigebodo von Stendal, B. von Havelberg (Suffr. von Magdeburg) 1206/1207–1220. Der Elekt ist erstmals 1208 als Bischof bezeugt. Vgl. Wentz, *Havelberg*, 43f.; Gatz, *Bischöfe*, 232.

[23]) Vielleicht die Ben.-Abtei St. Georg in Naumburg. Vgl. Baudisch–Cottin, *Urkunden der Markgrafen von Meißen. Register*, 46. Als Abt ist Heinrich bezeugt 1206 und 1213. Vgl. Schmidt, *UB Halberstadt*, I, Nr. 432, S. 386; Patze–Dolle, *UB Naumburg*, II 14, Nr. 12; Nr. 13, S. 16; Ludwig, *Naumburg*, II 1026.

[24]) S. Br. XIII 21 Anm. 2.

[25]) S. Br. XI 179 (184) vom 11. Dezember 1208, Bd. 11 S. 294 Z. 17f.

[26]) Vgl. Digesten 42. 1. 53. 1 (Ed. Mommsen 668); *Decretum Gratiani* C. 24 q. 3 c. 6 § 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 991).

[27]) S. Br. XI 179 (184) Bd. 11 S. 295 Z. 8–14.

[28]) S. Br. XIII 49 Anm. 5.

[29]) 1. Oktober 1209.

torum petiit publicari et tibi beneficium restitutionis impendi sentencia predicti Pragensis episcopi reprobata ad assertionem propriam roborandam multis iuris canonici et civilis argumentis inductis[30]. Procuratores vero partis adverse attestationes ipsas aperiendas non esse dicebant neque secundum eas in negocio procedendum, quoniam iudices lite non contestata et iuris ordine pretermisso ac post[u] ap(pellationem)[u] ad nos legi(time) int(er)po(sitam)[v] pro eo, quod locum suspectum assignaverant ipsi regi[31], in negocio processerant memorato, et quia prefata soror regis Vngarie ad causam evocata non fuerat, ad quam eiusdem negocii defensio pertinebat: cum enim ipsa, postquam super sentencia divorcii inter te ac sepedictum regem a prefato episcopo promulgata extitit coram multis prelatis Vngarie facta fides, eidem regi fuerit in conspectu ecclesie copulata, ea indefensa et non citata, que in quasi possessione[w] ipsius regis, cuius restitutio petebatur, tunc temporis existebat, non debuit in negocio[x] supradicto[x] procedi, maxime cum expressum fuerit in litteris transmissis eisdem, ut vocarent, quos noscerent[y] evocandos. Unde non solum rex sed et ipsa quoque C(onstantia) debuit evocari, cum tal(is)[z] fuisse nostra intentio videretur ex eo, quod ultime citationis tenorem non solum regi sed etiam dicte nobili mandavimus intimari, ut, si vellet, prefixo termino ad defensionem suam idoneos dirigeret responsales; predicta vero probare procuratores ipsi multis rationibus nitebantur. Attestationes quoque secundo loco receptas eadem pars proposuit respuendas, cum iudices, qui testes receperant, postquam ab eis utpote manifeste suspectis ad nos fuerat appellatum[32] eiusdem regis nuncio propter hoc ad[aa] sedem apostolicam specialiter[aa] destinato, duxerint[bb] in negocio procedendum. Ex eadem insuper fuit parte propositum, quod tu nequaquam[cc] eras restitutionem postulans audienda, cum spoliata fueris auctoritate iudicis, qui presumitur legitime processisse, nec absque ipsius C(onstantie) poteras preiudicio et iactura restitui, que in prefati regis quasi possessione ecclesie auctoritate tunc erat, cum is[dd], qui auctore pretore possidet, iuste possidere regulariter videatur[33]. Eadem quoque pars proponebat te non debere contra sententiam predicti episcopi[ee] Pragensis audiri, quam tua sponte olim duxeras approbandam, maxime cum ex parte predicte sororis regis super consanguinitatis linea inter te ac prefatum regem in continenti probationes legitime offerrentur[34]; cum, etsi ferretur forsitan sentencia contra regem, nichilominus eius esset exequutio differenda, ne antedicte C(onstantie)

[u–u]) *Bosquet, Migne:* postposita appellatione. [v]) *Bosquet, Migne:* interposita. [w]) possessione(m); possessione *bei Bosquet und Migne.* [x–x]) *Migne:* supradicto negotio. [y]) nosterent. [z]) *Bosquet, Migne:* taliter. [aa–aa]) *Bosquet, Migne:* specialiter ad sedem apostolicam. [bb]) *Bosquet, Migne:* duxerunt. [cc]) *Das zweite* -a- *auf Rasur.* [dd]) *Über der Zeile nachgetragen.* [ee]) *Über dem zweiten* -p- *ein überflüssiger Kürzungshaken.*

[30]) Vgl. Codex 7. 19. 7. 2 (Ed. Krueger 304); *Decretum Gratiani* C. 2 q. 2 c. 1–3, 5, 6; C. 3 q. 1 c. 1–4, p. c. 6 (Friedberg, *CorpIC*, I 450f., 505–507).

[31]) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 33 q. 2 c. 4 (Friedberg, *CorpIC*, I 1151); Br. V 22 (23) Bd. 5 S. 44 Z. 4–9 = Comp. III 2. 19. 5 = X 2. 28. 47 (Friedberg, *CorpIC*, II 428).

[32]) Vgl. Codex 3. 1. 16 (Ed. Krueger 122); Novellen 86. 2 (Ed. Schoell–Kroll 420); *Decretum Gratiani* C. 2 q. 6 c. 16; C. 3 q. 5 c. 15 (Friedberg, *CorpIC*, I 471, 518f.).

[33]) Vgl. Digesten 41. 2. 11 (Ed. Mommsen 653).

[34]) Vgl. den Brief Otakars an den Papst aus dem Jahr 1199: Friedrich, *Codex Bohemiae*, II, Nr. 8, S. 6 Z. 34–S. 7 Z. 6.

circa possessionem regis posset preiudicium generari, sicud in quodam alio casu non multum huic absimili dicimur[ff] diffinisse[35].

Ceterum ad hoc, quod premissum est, lite non contestata priores iudices processisse, fuit ex tua parte responsum, quod hoc pars altera non poterat allegare. Cum enim confiteretur litem coram Pragensi episcopo contestatam, qui divorcii sententiam promulgavit, in appellationis causa, que intelligitur eadem cum priori, litem non oportuit denuo contestari; sed etsi litem non fuisse coram episcopo contestatam pars eadem fateretur, cum tamen testes fuerint ab ipsa producti contra te, non poterat allegare, quod lite non contestata testes minus legitime produxcisses, cum frustra legis auxilium invocet, qui commitit in legem[36]. Sed nec dicta soror regis Vngarie, ymo rex solummodo debuit a iudicibus memoratis citari, quem causa principaliter contingebat, cum principali questione decisa causa ipsius C(onstantie), que accessoria videbatur, per consequenciam sopiretur[37], maxime cum ad defentionem cause, que publice agebatur, si sibi preiudicari timebat, se potuerit obtulisse. Sed nec omnes, quos questio mota contingit, ad examinationem evocantur ipsius, sicud in multis casibus est videri civilibus legibus conprehensis, quamquam ad cautelam et ex gratia speciali mandaverimus archiepiscopo Maiguntino[38], ut citacionis tenorem supradicte nobili nunciaret. Proposuit etiam procurator tuus non posse partem alteram allegare, quod attestationes ultime post appellationem ad nos interpositam a iudicibus fuerint inordinate recepte, cum postmodum eorundem iudicio se promiserit iuramento interposito parituram, propter quod renunciasse appellationis beneficio videbatur.

Contra quod pars adversa dicebat, quod sub conditione fuerat prestitum huiusmodi iuramentum, nisi videlicet regis nuncius propter hoc specialiter ad nostram presenciam destinatus mandatum ex parte nostra contrarium reportaret. Restitutionem quoque a te petitam a dicta sorore regis impediri non posse dicebat eo pretextu videlicet, quod auctore pretore ceperat possidere, nam ex facto episcopi, qui post appellationem ad nos legitime interpositam inordinate processerat, huiusmodi fuerat
* fol. 13r auctoritas * usurpata. Sed nec consanguinitatis obiectu per eam poterat restitutio impediri, cum et rex ipse hoc idem allegans minime audiretur. Illud nichilominus frivolum esse dicebat, quod tu approbasse sententiam dicebaris, cum per approbationem tuam sentencia nequiverit robur sumere, que irrita fuerat ipso iure.

Cum igitur super hiis et aliis utrimque[gg] propositis nobis nequiverit fieri plena fides super processu Pragensis episcopi, coram nobis lite legitime contestata et qui-

---

[ff] dicunt(ur); dicimur *bei Bosquet und Migne.* [gg] *Migne:* utrique.

[35] Sehr wahrscheinlich ist damit die Legitimierung der beiden Kinder König Philipps II. von Frankreich und der Agnes von Andechs-Meranien, deren Ehe hinsichtlich ihrer kanonischen Gültigkeit zumindest umstritten war, gemeint. Sie erfolgte im November 1202 nach dem Tod der Agnes und sollte für den König und die von ihm verlassene Ehefrau Ingeborg (von Dänemark) in ihrem um die Trennung ihrer Ehe gegeneinander geführten Prozess kein Präjudiz bilden: S. Br. IV 181 (*Potth. Reg.* 1500), als Dekretale überliefert bei Alan. 4. 12. 6; Alan. K. 4. 12. 7; Bern. 4. 12. 5. Vgl. auch das Parallelschreiben *Potth. Reg.* 1499, gedruckt nach der französischen Registerüberlieferung bei Baldwin, *Registres*, Nr. 43, S. 491 Z. 6f.

[36] Vgl. Digesten 4. 4. 37. 1; 23. 2. 48. 1 (Ed. Mommsen 61, 298); Codex 6. 30. 22. 12 (Ed. Krueger 265).

[37] Vgl. Digesten 33. 8. 2; 50. 17. 129, 178 (Ed. Mommsen 473, 871, 873); *JL* 17019 (Coelestin III.) = Comp. II 1. 12. 3 = X 1. 29. 21 § 2, 3 (Friedberg, *CorpIC*, II 165f.). Vgl. auch Cheney, *Studies*, 329.

[38] Vgl. Br. II 179 (188) Bd. 2 S. 344 Z. 17–S. 345 Z. 1. S. oben S. 80 Z. 22–24.

busdam testibus super ipso pro parte regis receptis, universis exceptionibus salvis de procuratorum utriusque partis assensu tam tibi quam parti adverse dilationem usque ad festum sancti Martini primo venturum[39] duximus concedendam, presencium tibi auctoritate mandantes, quatinus[hh], nisi forsan interim inter vos honesta poterit concordia provenire, in eodem termino, quem tibi peremptorium assignamus, per responsales ydoneos et sufficienter instructos super omnibus, que spectant ad causam, compareas coram nobis, ut per nos causa ipsa diligenter examinata finem debitum sorciatur.

Datum Laterani, Idus Aprilis, pontificatus nostri anno XIII°.

Scriptum[ii] est in eundem fere modum illustri regi Boemorum[jj].

Datum Laterani et cetera ut in alia.

In[kk] eundem fere modum scriptum est nobili mulieri C(onstantie) sorori ..[ll] regis Vngarie usque duximus concedendam[mm]. Unde memoratis regi et nobili dedimus in mandatis, quatinus, nisi forsan interim inter vos et cetera ut in alia in eundem fere modum usque finem debitum sorciatur[nn]. Tibi quoque mandamus, ut, si volueris, procuratorem ad eundem terminum pro te dirigas suficienter instructum.

Datum ut in alia.

51.

Innocenz III. nimmt das Hospital von Saint-Thomas und Saint-Antoine-Abbé bei der Porte Milet in Caen in den päpstlichen Schutz, bestätigt die Augustinerregel und den gesamten rechtmäßigen Besitz, gewährt die Zehentfreiheit von den selbstbebauten Neubrüchen und Weiden, das Recht auf die Aufnahme von Brüdern, die Freiheit von neuen und unbilligen Abgaben und ungerechten Kirchenstrafen, eine beschränkte Freiheit vom allgemeinen Interdikt, die freie Wahl des Priors und das Sepulturrecht.

Lateran, 1210 April 6.

Reg. Vat. 8, fol. 13^{r-v} <Nr. 50 *bzw.* 51*>.*

Bosquet 44, Nr. 51 = Baluze II 432, Nr. 51 = Migne, PL, 216, 242, Nr. 51; La Rue, Essais, II 410, Nr. 3. — Potth. Reg. 3968; Bréquigny, Table chronologique, IV 468.

[hh]) *Bosquet:* quod. [ii]) *Davor ein Paragraphenzeichen.* [jj]) *Migne:* Bohemiae. [kk]) *Davor ein Paragraphenzeichen.* [ll]) *Fehlt bei Bosquet.* [mm]) *Oben Z. 3.* [nn]) *Oben Z. 8.*

[39]) 11. November 1210.

Ranulpho priori et conventui hospitalis sancti Thome martyris et beati Antonii abbatis de Porta Mileti de Cadomo[1] tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam[a] vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur — quod absit — sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus clementer annuimus et prefatum hospitale, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem hospitale in presenciarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis[b] exprimenda[b]: locum ipsum, in quo prefatum hopitale situm est, cum omnibus pertinenciis suis; de dono Guill(elm)i[c], comitis de Magnauilla[2], dimidium modium frumenti et dimidium ordei in suo molendino de Molineaus[3]; de dono Roberti de Harecort[4] unum sextarium frumenti apud Postenue[d, 5]; de dono Thome Malfillaste[6] nemus suum de Roella[7] et dimidium modium avene apud Cussie[8]; de dono venerabilis fratris nostri R(oberti), Baiocensis episcopi[9], pratum, quod fuit Radulphi Leueel, et redditum, quem inde percipiebat, videlicet quatuor sextarios frumenti; de dono Martini Fobert

---

51. [a]) *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* [b–b]) *Bosquet, Migne:* exprimenda vocabulis. [c]) *Bosquet:* Willi*; ansonsten wie Migne der Name passim:* Willelmus. [d]) *Bosquet, Migne:* Posteinie.

51. [1]) Spital und Augustiner-Chorherrenpriorat Saint-Thomas, das Hôtel-Dieu von Caen (Diöz. Bayeux, Dép. Calvados), gegründet um 1160, vielleicht von König Heinrich II. von England, 1184 erstmals urkundlich bezeugt, noch ohne Patrozinium als „hospitale Cadomi" (Bourrienne, *Cartularius*, I 64, Nr. 50). Vgl. La Rue, *Essais*, II 200–229; Neveux, *Naissance*, 243, 244; Jean-Marie, *Caen*, 87f. Das Spital lag bei der porte Milet von Caen, die Benennung nach dem Heiligen Antonius leitet sich vielleicht von der zeitnah zum vorliegenden Privileg von den Brüdern errichteten Kapelle Saint-Antoine bei der porte Milet her (Bourrienne, *Cartularius*, I 270, Nr. 220); vgl. La Rue, *Essais*, II 205–207; Jean-Marie, *Caen*, 87f.

[2]) Wilhelm (II.) von Mandeville, (III.) Graf von Essex und von Aumale, Justiziar von England, gest. 1189. Vgl. Turner, *Mandeville Inheritance*; *ODNB* 36 (2004) 407f. Er dotierte das Spital, war aber nicht, wie in der älteren Literatur behauptet (vgl. Hippeau, *Calvados*, 51), der Gründer. Vgl. La Rue, *Essais*, II 221f.

[3]) Das Spital besaß mehrere Mühlen am „Kanal des Robert Courteheuse", der bei der porte Milet mit der Orne eine Insel umschloss, darunter eine Mühle „apud portam Milet in loco qui dicitur malgniant". Vgl. Jean-Marie, *Caen*, 206f. mit Anm. 64.

[4]) Robert (II.) von Harcourt (Cant. Brionne, Arr. Bernay, Dép. Eure), gest. ca. 1205. Vgl. *ODNB* 25 (2004) 118.

[5]) Pontigny, Cant., Arr. Falaise, Dép. Calvados. Vgl. Hippeau, *Calvados*, 229.

[6]) Familie Malfillastre, Malfilâtre, Herren von Curcy. Vgl. La Rue, *Essais*, II 215.

[7]) La Rouelle, Wald bei Curcy (unten Anm. 8). Vgl. Hippeau, *Calvados*, 243.

[8]) Curcy, Curcy-la-Malfillastre, Cant. Évrecy, Arr. Caen, Dép. Calvados. Vgl. *ebd.* 96.

[9]) Wohl Robert (II.) von Ablèges, B. von Bayeux (Suffr. von Rouen) 1206–1231. Vgl. *Gallia Christiana* XI 366; Bourrienne, *Cartularius*, I, S. XXII und ad indicem.

et Riccardi fratris sui de assensu et voluntate Petronille et Nicholae[e)] uxorum suarum tres acras terre et dimidiam; de dono Regeri[f)] de Amundeuill(a)[10)] octo acras et dimidiam et unam virgam terre in territorio de Borgesbu[11)]; ex dono Guill(elm)i de Oillie, archidiaconi Andegauensis[12)], unum sextarium frumenti et duos sextarios ordei in molendino suo de Oillie[13)]; ex dono Lohulidi de Flamanuill(a) sex solidos Turon(enses)[14)] in feudo Guill(elm)i filii Rohais apud Aumaisnil[g)]; ex dono Riccardi filii Riccardi Henrici decem libratas redditus in villa Cadomi acquisitione Guill(elm)i de sancto Martino; ex dono Rogeri[h)] filii Roberti Tioudi[15)] dimidium modium ordei apud Soliers[16)] et sex solidos Turonenses et duos capones, duas gallinas et viginti ova; ex dono Symonis de Locheles[17)] terras apud Broie[18)] ad dimidium modium frumenti; ex dono Radulphi de Clinchamp et Hugonis fratris eius[19)] terras apud Rosel[20)] ad tredecim sextarios frumenti; ex dono Riccardi militis apud Colo(m)p[21)] sex sextarios frumenti et unam gallinam; ex dono Riccardi de Berner.[22)] quinque sextarios ordei apud Columbell(as)[23)]; ex dono Guill(elm)i Motin quinque acras terre et dimidiam apud Eschai[24)]; ex dono Iuonis de Alammania[i), 25)] sex sextarios frumenti, duas gallinas et viginti ova et quartam partem cuiusdam molendini apud Maletot[26)]; ex dono Reginaldi et Gaufridi Lesblaiers[27)] quinquaginta tres solidos et quatuor denarios in vico Oxomen(si)[28)]; ex dono Thome Grauerene[29)] viginti solidos apud Gauceles[j), 30)]; ex

---

[e)] *Bosquet, Migne:* Nicolaae. [f)] *Bosquet:* Regerii*; Migne:* Rogerii. [g)] *Bosquet, Migne:* Aumarsnil. [h)] *Bosquet, Migne:* Rogerii. [i)] *Bosquet, Migne:* Alemannia. [j)] *Bosquet, Migne:* Wauceles.

[10)] Roger von Mondeville (Cant., Arr. Caen; vgl. Hippeau, *Calvados*, 194) ist Ende des 12. Jhs. mit der Errichtung einer Kapelle Saint-Gilles dortselbst und 1195 als bailli in Caen bezeugt. Vgl. La Rue, *Essais*, I 361; Jean-Marie, *Caen*, 231.

[11)] Bourgébus, Arr. Caen. Vgl. Hippeau, *Calvados*, 37f.

[12)] Ein Archidiakon Guillermus von Angers (Suffr. von Tours) ist 1194–1200 und 1210–1215 bezeugt. Vgl. Matz–Comte, *Fasti VII: Angers*, 133, 236.

[13)] Vielleicht Ouilly-le-Tesson, Cant. Bretteville-sur-Laize, Arr. Caen. Vgl. Hippeau, *Calvados*, 212.

[14)] Tours war seit Philipp II. August eine königliche Münzstätte. Vgl. Spufford, *Handbook*, 172.

[15)] „Rogerus filius Tioldi" ist 1180 in der Funktion des Präfekten von Caen bezeugt, „Robertus filius Tioldi" unterschreibt als Zeuge für das Lösegeld von König Richard I. Vgl. Jean-Marie, *Caen*, 228f., 261.

[16)] Soliers, Cant. Bourgébus. Vgl. Hippeau, *Calvados*, 271.

[17)] Loucelles, Cant. Tilly-sur-Seulles, Arr. Caen. Vgl. *ebd.* 173.

[18)] Brouay, Cant. Tilly-sur-Seulle, Arr. Caen. Vgl. *ebd.* 44.

[19)] Radulfus und Hugo von Clinchamp(-sur-Orne) (Cant. Bourgébus; vgl. Hippeau, *Calvados*, 71), Herren von Rosel. Vgl. La Rue, *Essais*, II 215, 222 (1227).

[20)] Rosel, Cant. Creully, Arr. Caen. Vgl. Hippeau, *Calvados*, 242.

[21)] Coulombs, Cant. Creully. Vgl. *ebd.* 79.

[22)] Familie Bernières. Vgl. La Rue, *Essais*, II 215.

[23)] Colombelles, Cant. Troarn, Arr. Caen. Vgl. Hippeau, *Calvados*, 74.

[24)] Esquay, Cant. Évrecy, Arr. Caen. Vgl. *ebd.* 107.

[25)] Allemagne, ht. Fleury-sur-Orne, Cant., Arr. Caen. Vgl. La Rue, *Essais*, I 351; Hippeau, *Calvados*, 3.

[26)] Maltot, Cant. Évrecy. Vgl. *ebd.* 178.

[27)] Renaud le Blatier oder le Blaier, 1195 als Bankier bezeugt. Vgl. Jean-Marie, *Caen*, 264.

[28)] Die rue Exmoisine, die Hauptverkehrsader durch Caen. Vgl. *ebd.* 127f. und ad indicem.

[29)] Thomas Graverenc d'Évrecy, begütert in Vaucelles, bezeugt 1220. Vgl. La Rue, *Essais*, II 215, I 401.

[30)] Vaucelles, Com. Caen, Vorort von Caen. Vgl. Hippeau, *Calvados*, 293.

dono Roberti Gouz tres sextarios frumenti in molendino suo apud vadum de Condrei; ex dono Guill(elm)i de Merlai[31] unam acram terre et dimidiam apud Andrei[k, 32]; ex dono Galteri[l] de Aignealil.[33] tres minas frumenti et tres minas ordei in territorio Cadomensi; ex dono Symonis de Buesuill(a)[34] unum sextarium frumenti in molendi-
* fol. 13v nis de Buesuill(a); ex dono * Maneri Selhonis[m] duodecim acras terre apud Feugeroloes[35]; ex dono Roberti de Briucort[36] tres sextarios ordei in molendino de Babanuill(a)[n]; ex dono Roberti Iugan decem et octo acras terre apud capellam Engeuger; ex dono Reginaldi de Barneres[37] duodecim solidos, duos capones et triginta ova apud Bouealuill(a)[38]; ex dono Riccardi de Andrie[o, 39] terciam partem terre sue apud Fontenei[40]; ex dono Hurtaudi unam acram terre apud Maletot[41]; ex dono Guill(elm)i Bacun de Formignie[42] unam acram terre apud Arthence[43]; terras et redditus, quos Alanus Lebret, Radulfus Pucras et[p] Guill(elm)us Lauielle et fratres ipsius domui vestre pietatis intuitu concesserunt.

Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in hospitali predicto professionem fas sit sine prioris sui licencia de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Statuimus insuper, ut nulli liceat novas et indebitas consuetudines aut exactiones vobis aut capellis vestris imponere aut in vos vel domum sive capellas predictas sine manifesta et rationabili causa excommunicationis vel interdicti sentencias promulgare. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis canpanis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero

---

[k]) *Bosquet, Migne:* Audrei. [l]) *Bosquet, Migne:* Walteri. [m]) *Bosquet, Migne:* Sellonis. [n]) *Bosquet, Migne:* Babamvill. [o]) *Bosquet, Migne:* Audrie. [p]) *Bosquet:* vt.

[31]) Der miles Wilhelm von Meslay (Cant. Thury-Harcourt, Arr. Caen; vgl. Hippeau, *Calvados*, 187) schenkte 1206/1231 der Kirche von Bayeux, mit Einverständnis des Spitals von Caen, seine Güter in Audrieu. S. Bourrienne, *Cartularius*, I 296, Nr. 249; s. auch 294, Nr. 246.

[32]) Audrieu, Cant. Tilly-sur-Seulle. Vgl. Hippeau, *Calvados*, 9.

[33]) Galterus von Aigneaux, Herr von Saint-Contest (Cant. Caen), 1207 bezeugt. Vgl. La Rue, *Essais*, I 368, II 215; Hippeau, *Calvados*, 251.

[34]) Familie Beuville, ht. Teil von Biéville-Beuville, Cant. Ouistreham, Arr. Caen. Vgl. *ebd.* 26, 101.

[35]) Feuguerolles-Bully, Feuguerolles-sur-Orne, Cant. Évrecy, Arr. Caen. Vgl. *ebd.* 113.

[36]) Robert von Brucourt (Cant. Dozulé, Arr. Lisieux, Dép. Calvados; vgl. Hippeau, *Calvados*, 44). Vgl. La Rue, *Essais*, I 371, 439, Nr. 2.

[37]) Reginald von Bernières, Herr von Biéville. Vgl. *ebd.* II 216.

[38]) Biéville, Teil von Biéville-Beuville (s. oben Anm. 34). Vgl. Hippeau, *Calvados*, 27. 101.

[39]) Audrieu, s. oben Anm. 32.

[40]) Wohl Fontenay-le-Pesnel, Cant. Tilly-sur-Seulle. Vgl. Hippeau, *Calvados*, 117f.

[41]) S. oben Anm. 26.

[42]) Wilhelm Bacon von Formigny (Cant. Trévières, Arr. Bayeux; vgl. Hippeau, *Calvados*, 119) schenkte dem Bistum Bayeux Güter u. a. bei Arganchy. S. Bourrienne, *Cartularius*, I 291, Nr. 242 (undatiert).

[43]) Vielleicht Arganchy, Cant. Bayeux. Vgl. Hippeau, *Calvados*, 7.

te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violencia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum Deum et beati Augustini regulam providerint eligendum[44]. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat; salva tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam domum temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva sedis apostolice auctoritate et diosesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens et cetera usque districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus et cetera usque premia eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Laterani per manum Iohannis, sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, sancte Romane ecclesie cancellarii[45], VIII Idus Aprilis, indictione XIII[a], incarnationis Dominice anno M°CC°X°, pontificatus vero d(omi)ni Innocen(tii) pape III anno XIII°.

52.

Innocenz III. bestätigt dem Kleriker R(oger) von Sowerby den rechtmäßigen Besitz der diesem von Erzbischof G(ottfried) von York verliehenen Kirche von Muskham.

Lateran, 1210 April 9.

Reg. Vat. 8, fol. 13^{v} <Nr. 51 *bzw.* 52*>.*

Bosquet 46, Nr. 52 = Baluze II 433, Nr. 52 = Migne, PL, 216, 244, Nr. 52. — Potth. Reg. 3971; Cheney, Calendar, 866.

Vgl. Lovatt, EEA XXVII: York 1189–1212, 112, Nr. 13 und 14.

R(ogero) de Sourebi clerico[1].

Cum ecclesia Suvellensis[a, 2] in proventibus et in clericorum numero penuriam pateretur, venerabilis frater noster G(aufridus)[b], Eboracensis archiepiscopus[3], ad sup-

---

[44]) S. Br. XIII 48 Anm. 25.

[45]) S. Br. XIII 5 Anm. 53.

52. [a]) *Bosquet:* Suvvellensis*; so auch Migne.* [b]) *Migne:* Galfridus.

52. [1]) Roger von Sowerby, in Urkunden EB. Gottfrieds von York (s. unten Anm. 3) bezeugt ca. 1203/1212. Vgl. Lovatt, *EEA XXVII: York 1189–1212*, 42, Nr. 37; 87, Nr. 79A.

[2]) Southwell (Kollegiatstift, Diöz. York, Nottinghamshire) diente den Erzbischöfen von York als Nebenresidenz; das Kollegiatkapitel genoss dieselben Privilegien wie das Domkapitel von York. Vgl. *VHCE Nottinghamshire* II 152–161; Lovatt, *EEA XXVII: York 1189–1212*, LXXIV–LXXVII.

[3]) Gottfried (I.), EB. von York 1189/1191–1212. Vgl. *ODNB* 21 (2004) 764–769; Le Neve–Greenway, *Fasti*, VI 4; Lovatt, *EEA XXVII: York 1189–1212*, XXIX–LVIII.

plendum deffectum huiusmodi et cultum divini nominis ampliandum cum consensu capituli eiusdem ecclesie de quadam magna prebenda in eadem ecclesia tunc vacante duas prebendas instituit duobus clericis in perpetuum conferendas, quarum unam, scilicet ecclesiam de Muskeham[4)], cum pertinenciis suis idem archiepiscopus dudum magistro T(homa) de Disce, clerico suo[5)], contulit eoque illam postmodum resignante ipsam tibi liberaliter assignavit, quam postulasti tibi per sedem apostolicam confirmari. Nos igitur tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu dictam prebendam cum communia pertinente ad ipsam, sicut[c)] eam iuste possides et quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo et cetera hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, V Idus Aprilis, pontificatus nostri anno terciodecimo.

53.

Innocenz III. verpachtet dem Bischof Albert von Ferentino und dessen zwei Nachfolgern gegen den jährlichen Zins von 1 Pfund Wachs den Ort „Molendinum de Papa" zur Errichtung einer Mühle.

Lateran, 1210 April 25.

Reg. Vat. 8, fol. 13^{v} <Nr. 52 *bzw.* 53*>.*
Bosquet 47, Nr. 53 = Baluze II 434, Nr. 53 = Migne, PL, 216, 245, Nr. 53. — Potth. Reg. 3983.

Alberto, Ferentinati episcopo[1)].

Quia te sicud venerabilem fratrem vinculo sincere caritatis amplectimur, in hiis, que secundum Deum possumus, prompta tibi volumus benignitate deferre. Quocirca, venerabilis in Christo frater, tuis precibus inclinati locum, qui dicitur Molendinum de Papa, cum omni iure nostro ad construendum ibidem molendinum tibi et duobus successoribus tuis titulo locationis sub annua pentione unius libre cere

---

[c)] sic(us).

[4)] Muskham, Nottinghamshire, Pfründe von Southwell. Vgl. *VHCE Nottinghamshire* II 154; Lovatt, *EEA XXVII: York 1189–1212*, 155 (Index); Gover–Mawer–Stenton, *Nottinghamshire*, 191f.

[5)] Magister Thomas de Disci (von Dishforth ?), Kleriker und Offizial des EB. Gottfried von York, Kanoniker von Ripon und Southwell, bezeugt ca. 1196/1200–1212/1216, vielleicht identisch mit dem ca. 1215/1217 bezeugten Domkanoniker und Präcentor von Salisbury, gest. 1218. Vgl. Lovatt, *EEA XXVII: York 1189–1212*, 141 (Index); Le Neve–Greenway, *Fasti*, IV 14, 75. Die Pfründe war ihm vor April 1204 verliehen worden. S. Br. VII 47 (46).

53. [1)] Alberto (I.) Longhi, von Innocenz III. 1203 zum B. von Ferentino (Prov. Frosinone) ernannt, bis ca. 1220, zuvor päpstlicher Kaplan und 1198 Legat in Konstantinopel. Vgl. Cappelletti, *Chiese*, VI 410; *Dict. HGE* 16 (1967) 1061; Elze, *Kapelle*, 181, 184, Anm. 255; Allegrezza, *Rapporti*, 766–768.

concedimus, ita videlicet, quod post decessum eorundem successorum tuorum locus ipse cum omni melioratione sua libere ad Romanam ecclesiam revertatur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre locationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se[a)] noverit incursurum.

Datum Laterani, VII Kal. Maii, pontificatus nostri anno XIII°.

54.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Heinrich) von Nizza und dem Prior claustralis von Lérins und dem Prior von Mougins, beide in der Diözese Antibes, Rixenda, die Tochter des Benedikt von Grasse, mit kirchlichen Strafen zu zwingen, zu ihrem Gatten R. de Fonte zurückzukehren, und ihren Eltern zu verbieten, sie gegenteilig zu beeinflussen oder zu unterstützen.

Lateran, 1210 April 25.

Reg. Vat. 8, fol. 13^{v}–14^{r} <Nr. 53 *bzw.* 54*>.*

Bosquet 47, Nr. 54 = Baluze II 434, Nr. 54 = Migne, PL, 216, 245, Nr. 54; Doublet, Recueil, 296, Nr. 195. — Potth. Reg. 3984; Bréquigny, Table chronologique, IV 478; Labande, Bullaire, 160, Nr. 55.

Niciensi episcopo[1)] et Lirinensi claustrali[2)] et de Mogenis[3)] prioribus, Antipolitane[a)] diocesis.

Accedens olim ad apostolicam sedem R. de Fonte laicus sua nobis conquestione monstravit, quod, cum Rixendam filiam Benedicti de Grassa[4)], * Antipolitane diocesis, duxisset legitime in uxorem et inter eos fuisset carnalis copula subsecuta, dictus B(enedictus) in contrarium voluntate mutata ipsum coram venerabili fratre nostro Antipolitano episcopo traxit in causam, dictam filiam suam asserens sibi coactam nupsisse. Cuius dictus episcopus favere cupiens voluntati probationes eiusdem R. admitere recusavit, cum impetu proferens, quod antedicte mulieri nubendi alii licenciam concedebat, a quo gravamine idem vir ad sedem apostolicam appellavit, prefate inhibens mulieri, ne alii viro se presumeret copulare. Sed dictus pater eandem filiam suam clam, non in facie ecclesie, nichilominus cuidam Bertrando nomine * fol. 14^{r}

---

53. [a)] se *am Beginn der nächsten Zeile wiederholt.*

54. [a)] -ta- *korr.*

54. [1)] Heinrich (I.), als B. von Nizza (Nice) (Suffr. von Embrun) bezeugt 1208–1236. Vgl. *Gallia Christiana* III 1282f.; *Atlas Provence* 114.

[2)] Prior claustralis von Lérins: s. Br. XIII 31 Anm. 2.

[3)] Mougins, Kirche von Lérins, Diöz. Antibes, Cant. Cannes, Arr. Grasse, Dép. Alpes-Maritimes. Vgl. *Atlas Provence* 186; Magnani, *Réseau*, 214, 225 und ad indicem.

[4)] Grasse, Dép. Alpes-Maritimes.

minus licite copulavit. Quare venerabili fratri nostro Vigintimiliensi episcopo[b, 5)] et dilecto filio abbati sancti Honorati[6)] et magistro R., rectori ecclesie sancti Michaellis, Antipolitane diocesis[7)], dedimus in mandatis, ut inquisita super premissis diligencius veritate, quod canonicum esset, statuere procurarent facientes, quod statuerent[c)], per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Ad quorum ire presenciam, sicud eorum transmisse nobis litere continebant, pars mulieris sepius citata contempsit. Accedens tandem post multum temporis intervallum et asserens mandatum apostolicum per suppressionem veritatis obtentum proposuit mulierem eandem dicto R., cui cohacta nupserat, minus legitime copulatam nec intervenisse carnalem copulam inter eos, inficians et improbare contendens, quod dictus Antipolitanus probationes ipsius R. admitere recusarit et quod precipitarit sentenciam contra eum. Prefato igitur R. probationes super omnibus, que ad optinendum mandatum[d)] nostrum dixerat, offerente ipsi testes receperunt hincinde, et quoniam ad multas dilationes, quas dederant ad probandum, et ad unum perhemptorium pars non venerat mulieris, cum vellent dicta testium publicare, procurator mulieris ipsius, qui venerat ad aliud peremptorium, quod assignaverant, appellavit, litteras arguens falsitatis et bullam volens astruere, quia punctus deerat, esse falsam. Cumque dicti iudices appellationi ab eo interposite detulissent, eandem causam cum attestationibus receptis ad nos sufficienter remiserunt instructam, festum beati Luce[8)] proximo preteritum utrique parti terminum prefigentes, quo cum ipsis nostro se conpectui presentarent.

Nos igitur auditis attestationibus ipsis et plenius intellectis, quia nobis constitit per easdem mulierem ipsam in dictum virum suum prestitisse consensum, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus eandem, ut ad virum suum redeat et affectui ei adhereat coniugali, patrem quoque ac matrem, ne consilium et auxilium ei prestent, quominus revertatur ad ipsum, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis; nullis litteris veritati et iusticie preiudicantibus a sede apostolica impetratis.

Quodsi non omnes et cetera, tu, frater episcope, cum eorum altero et cetera.

Datum Laterani, VII Kal. Maii, pontificatus nostri anno XIII°.

55.

Innocenz III. bestätigt der Abtei von Saint-Julien (in Tours) und der Kirche von Saint-Denis in Amboise die an der Kurie erzielte Einigung mit den Kanonikern von Saint-Florentin über Pfarrrechte in der Burg von Amboise.

Lateran, 1210 April 22.

[b)] *Am Rande:* Ep(iscopu)s Vigi(n)timilien(sis) comissarius; *davor* Vi- *durchgestrichen.* [c)] *Bosquet:* statuerunt. [d)] *Korr. aus* mandadatu(m) *durch Unterpungierung des zweiten* -da-.

[5)] Guido, als B. von Ventimiglia (Suffr. von Genua) bezeugt 1198–1215. Vgl. Moroni, *Dizionario*, 93 (1859) 200; Doublet, *Recueil*, 177, Anm. 3.

[6)] Abt von Saint-Honorat, Lérins: Wilhelm (s. Br. XIII 31 Anm. 2) oder einer seiner Vorgänger: Rostan de Flayosc, 1183 bezeugt, oder Rostan de Muges, 1201 bezeugt. Vgl. Doublet, *Recueil*, 297, Anm. 2.

[7)] Die Kirche Saint-Michel in Antibes, die 1028 an Lérins übertragen worden war. Vgl. Doublet, *Recueil*, 16, Nr. 21; Magnani, *Réseau*, 214, 225 und ad indicem.

[8)] 18. Oktober.

Reg. Vat. 8, fol. 14^{r-v} <Nr. 54 *bzw.* 55*>.*

Bosquet 48, Nr. 55 = Baluze II 434, Nr. 55 = Migne, PL, 216, 246, Nr. 55; Denis, Chartes, 168, Nr. 145. — Potth. Reg. 3978; Bréquigny, Table chronologique, IV 478.

Monachis sancti Iuliani[1)] et persone[a)] ecclesie sancti Dionisii de Ambasia[2)].

Cum inter vos ex parte una et canonicos sancti Florentini, diocesis Turonensis[3)], ex altera super iure parrochiali eiusdem castri[4)] per utriusque partis procuratores in nostra presencia questio verteretur, ad hanc tandem concordiam spontanei devenerunt, ut videlicet dominus castri predicti cum familia sua, quam exhibet, milites vero cum familiis illis, que percipiunt victum et vestitum cotidianum[b)] ab eis[b)] necnon omnes clerici eiusdem castri cum familiis suis, quas exhibent, preter illos dumtaxat sive clericos sive laicos, qui de familia sancti Thome[5)] ac sancti Dionisii et sancti Saluatoris[6)] esse noscuntur, canonicis memoratis et eorum ecclesie de cetero parrochiali sint iure subiecti. Ipsi quoque canonici in quindecim baliis inferius annotatis habeant decem et octo balivos cum familiis eorum victum et vestitum cotidianum percipientibus ab eisdem, ita, quod id nec minui valeat nec augeri. Nomina vero balivorum et baliarum sunt ista: prepositura castri, pedagiaria, pontonaria, annonaria, prepositura Varanne[7)], prepositura Iohannis de Ambasia, prepositura Peronelle de Vindocin(o), villicus domini de Noereio[8)], prepositura Bertranni militis, carpentaria domini Ambasie, calderaria domini, buchera[c)] domini, exclusaria[d)], tabernaria et forestaria, verum in tribus ultimo nominatis sex habere debebunt et unum in qualibet premissarum. Sane corpora parrochianorum suorum in cimenterio ecclesie sancti Dyonisii, quod tam vobis quam prefatis canonicis est commune, de cetero tumulabuntur a canonicis memoratis, nisi alias decedentes elegerint sepulturam, et eadem corpora prius per eos in prefatam sancti Dionisii ecclesiam inferentur et missarum officiis, * siquidem tempus fuerit celebrandi, a monachis vel presbitero celebratis oblatio ad monachos et presbiterum devolvetur; quodsi tempus non fuerit celebrandi, huiusmodi corpora defferri ad sepulturam ab ecclesia memorata debebunt, reliquum autem officium ad sepulturam pertinens pro sui dignitate conventus celebrabunt canonici antedicti: quod non solummodo de parrochianis eorum statutum est esse servandum, sed etiam de omnibus aliis, ad quorum exequias in ecclesia sancti Dionisii celebrandas fuerint evo- * fol. 14^{v}

---

55. [a)] *Bei Bosquet und Migne davor ein Gemipunctus; s. auch Br. XIII 56 S. 92 Z. 20.* [b–b)] *Bosquet, Migne:* ab eis quotidianum. [c)] *Bosquet, Migne:* bucheria. [d)] *Bosquet:* Exclusariat.

55. [1)] Ben.-Abtei Saint-Julien in Tours.

[2)] Kirche Saint-Denis-Hors, Comm. Amboise, Priorat von Saint-Julien (Arr. Tours, Dép. Indre-et-Loire). Vgl. Longnon, *Pouillés Tours*, 552 (Index); Carré de Busserolle, *Dictionnaire*, I 25f.

[3)] Kollegiatstift Notre-Dame-et-Saint-Florentin, 1014 in der Burg von Amboise gegründet, 1044 Pfarre. Vgl. Carré de Busserolle, *Dictionnaire*, I 24f.; *Dict. HGE* 2 (1914) 1047f.

[4)] Die Burg von Amboise. Vgl. auch Carré de Busserolle, *Dictionnaire*, I 21.

[5)] Saint-Thomas in Amboise, Priorat von Pontlevoy. Vgl. Longnon, *Pouillés Tours*, 571 (Index); Denis, *Chartes*, 169, Anm. 2; Carré de Busserolle, *Dictionnaire*, I 27.

[6)] Saint-Sauveur-de-l'Isle in Amboise, 1209 Priorat von Villeloin. Vgl. Longnon, *Pouillés Tours*, 569 (Index); Denis, *Chartes*, 169, Anm. 4; Carré de Busserolle, *Dictionnaire*, I 26f.

[7)] Lehen Varannes oder Granges in Saint-Denis-Hors (Comm. Amboise). Vgl. Denis, *Chartes*, 169, Anm. 5; Carré de Busserolle, *Dictionnaire*, III 242.

[8)] Noiraye in Saint-Denis-Hors. Vgl. Denis, *Chartes*, 169, Anm. 6; Carré de Busserolle, *Dictionnaire*, IV 386.

cati. Crisma vero et oleum sanctum ab ecclesia ipsa recipient simul et semel in anno. De feudatariis insuper est statutum, ut, quicumque ipsorum habuerit plura feuda vel unum et, si plura integra feuda ad plures personas devenerint, quicumque habuerit integrum, cum omni familia sua, quam exhibet; si vero integrum feudum in plures fuerit partes divisum, is, qui partem tenuerit principalem, ecclesie sancti Florentini parrochianus existet[e)], reliquos autem omnes ecclesia sancti Dionisii obtinebit.

Nos igitur concordiam approbantes eandem ipsam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, X Kal. Maii, pontificatus nostri anno XIII°.

56.

Innocenz III. bestätigt den Kanonikern von Saint-Florentin die an der Kurie erzielte Einigung mit der Abtei von Saint-Julien (in Tours) und der Kirche von Saint-Denis in Amboise über Pfarrrechte in der Burg von Amboise.

(Lateran, 1210 April ca. 22).

Reg. Vat. 8, fol. 14° <Nr. 55 *bzw.* 56>.
Bosquet 49, Nr. 56 = Baluze II 435, Nr. 56 = Migne, PL, 216, 247, Nr. 56. — Potth. Reg. 3979.

Canonicis sancti Florentini[1)].

Cum inter vos ex parte una et monachos sancti Iuliani[2)] ac .. personam ecclesie sancti Dionisii de Ambasia[3)], diocesis Turonensis, ex altera et cetera ut in alia usque esse[a)] noscuntur, vobis et ecclesie vestre de cetero parrochiali sint iure subiecti. Preterea vos in quindecim baliis inferius annotatis habeatis decem et octo balivos et cetera ut in alia usque ultimo[b)] nominatis sex habere debebitis et unum in qualibet premissarum. Sane corpora parrochianorum vestrorum in cimenterio ecclesie sancti Dionisii, quod tam vobis quam capellano et monachis est commune, de cetero tumulabuntur a vobis, nisi alias decedentes elegerint sepulturam, et eadem corpora prius per vos in prefatam sancti Dionisii ecclesiam inferentur et cetera ut in alia usque pertinens[c)] pro vestri dignitate conventus celebrabitis: quod non solummodo de parrochianis vestris statutum est et cetera ut in alia usque celebrandas[d)] fueritis evocati. Crisma vero et oleum sanctum ab eadem recipietis ecclesia simul et semel in anno. De feudatariis insuper est statutum et cetera ut in alia usque in finem[e)] per totum.

Datum similiter ut in alia per totum.

[e)] existat; existet *bei Bosquet und Migne.*

56. [a)] *Br. XIII 55 S. 91 Z. 12.* [b)] *Br. XIII 55 S. 91 Z. 20.* [c)] *Br. XIII 55 S. 91 Z. 28.* [d)] *Br. XIII 55 S. 91 Z. 30.* [e)] *Br. XIII 55 oben Z. 10.*

56. [1)] S. Br. XIII 55 Anm. 3.
[2)] S. Br. XIII 55 Anm. 1.
[3)] S. Br. XIII 55 Anm. 2.

57.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Martin) und dem Archidiakon Magister Flo(rentius) von Zamora sowie dem Abt (Herbert) von Moreruela, den Kanonikern und Benefiziaten von Porto, die unter Missachtung des vom Bischof (Martin) von Porto — der mittlerweile vor den Verfolgungen des Königs (Sancho) von Portugal nach Rom geflüchtet ist — verhängten Interdikts zelebriert haben, ihre Pfründen und Ämter zu entziehen, falls sich ihr Bischof nicht für ein milderes Vorgehen einsetzt.

Lateran, 1210 Mai 13.

Reg. Vat. 8, fol. 14^{v} <Nr. 56 *bzw.* 57*>.*

Bosquet 50, Nr. 57 = Baluze II 435, Nr. 57 = Migne, PL, 216, 248, Nr. 57; Mansilla, Documentación, 463, Nr. 435; Da Costa–Marques, Bulário Português, 279, Nr. 144 . — Potth. Reg. 4004; Santarem, Quadro elementar, IX 38, Nr. 58; de Lera Maíllo, Catálogo, 88, Nr. 261.

Episcopo[1] et magistro Flo(rentio)[a] archidiacono, Zamorensibus, et .. abbati de Morerola, diocesis Zamorensis[2].

Grave gerimus et indignum, quod, cum venerabilis frater noster Portugalensis episcopus[3] post diutinas persecutionis angustias, quas a karissimo in Christo filio nostro illustri rege Portugalensi[4] et eius noscitur sustinuisse ministris, evasis demum fuge presidio custodiis violentis bonisque suis non solum ecclesiasticis verum etiam patrimonialibus derelictis conpulsus sit pariter cum .. decano suo[5] et aliis licet paucis tribulationis proprie participibus pro commisse sibi ecclesie libertate ad sedem apostolicam confugere quasi nudus, canonici Portugalensis ecclesie, quos eius utpote boni patris oppressionibus conpati decuisset, non solum filialis compassionis dicuntur[b] ei substraxisse solacium, quinymo tanto nocentiores aliis, quanto peius familiaris solet ledere inimicus[6], seviendi adversus ipsum temeritate sua prebuisse videntur extraneis incentivum, dum tam ipsi quam ecclesie memorate portionarii excommunicationi subiecti divina non erubuerunt officia celebrare contempto temere interdicto primo vel secundo per eundem episcopum promulgato, super quo non relaxando ad sedem fuerat apostolicam appellatum, et periurio nichilominus vilipenso, quod iidem canonici dinoscuntur circa presens negocium incurrisse[7].

---

57. [a]) *Bosquet:* … Flo. [b]) *Am Rande ein schräger Strich.*

57. [1]) Martín Arias, B. von Zamora (Suffr. von Compostela) 1193–ca. 1218. Vgl. *DHEE* IV 279; Fletcher, *Episcopate*, 42, 44f. und passim; Ubieto Arteta, *Listas*, II 433f.

[2]) Herbert, Abt von Moreruela (Zist.-Abtei, Diöz. und Prov. Zamora) 1204–1213. Vgl. *DHEE* III 1605; s. auch de Azevedo–Da Costa–Rodrigues Pereira, *Documentos*, 312, Nr. 205.

[3]) Martinho Rodrigues, B. von Porto (Suffr. von Braga) 1191–1235. Vgl. *Dicionário de história religiosa de Portugal* IV (2003) 7f.; Vasconcelos Vilar, *D. Afonso II*, ad indicem.

[4]) Sancho I., König von Portugal 1185–1211. Zum Konflikt zwischen dem König und dem Bischof siehe auch de Azevedo–Da Costa–Rodrigues Pereira, *Documentos*, 313–317, Nr. 206–210. Vgl. Reuter, *Königtum*, 7–10.

[5]) Vielleicht Fernandus, als Domdekan von Porto bezeugt im Dezember 1206, F. im April 1213. S. Da Costa–Marques, *Bulário Português*, Nr. 121, S. 243; 345, Nr. 191.

[6]) Vgl. Boethius, Philosophiae consolationis libri quinque, 3 pr. 5 (Ed. Weinberger 55 Z. 23–25).

[7]) Dem Konflikt mit König Sancho war ein Konflikt zwischen Bischof und Domkapitel um die Bistumseinkünfte, der 1200 interimistisch beigelegt wurde, vorausgegangen. Vgl. Reuter, *Königtum*, 8.

Nolentes igitur tantam presumptionis audaciam relinquere incorreptam, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatinus[c)] inquisita et cognita veritate, si rem inveneritis ita esse, canonicos et porcionarios memoratos sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo beneficiis ecclesiasticis et officiis spolietis, nisi forsan ad interventum et consilium prefati episcopi temperandum duxeritis huius canonice discipline rigorem. Volumus insuper et precipimus, ut circa omnia, que premissa sunt, tam super[d)] principali quam super[e)] incidenti appellatione postposita procedatis.

Quodsi non omnes et cetera, tu ea, frater episcope, cum eorum altero et cetera.

Datum Laterani, III Idus Maii, anno XIII°.

58.

Innocenz III. bestätigt im an der Kurie geführten Prozess zwischen dem Bischof (García) von Burgos und der Abtei Oña dem Bischof das Recht auf die Visitation der Abtei, der Spendung der Sakramente und der Segnung des Abtes, doch ohne Abgaben, und der Abtei im übrigen die Unabhängigkeit und reserviert dem Papst die Entscheidung in Streitfällen.

Lateran, 1210 April 22.

Reg. Vat. 8, fol. 14^{v}–15^{r} <Nr. 57 *bzw.* 58*>.*

Empfängerüberlieferung: Abschrift des 13. Jhs.: Archivo de la Catedral de Burgos, Libro Segundo de las donaciones, vol. 71, fol. 71^{v}–72^{v}, Nr. 90 (1); fol. 78^{r-v}, Nr. 100 (2).

Bosquet 51, Nr. 58 = Baluze II 436, Nr. 58 = Migne, PL, 216, 249, Nr. 58; Del Alamo, Colección, I 458, Nr. 382; Mansilla, Documentación, 448, Nr. 424. — S. unten Abb. V. — Potth. Reg. 3977; Mansilla, Documentación Burgos, 432, Nr. 56; Mansilla, Catalogo, 116, Nr. 423.

Burgensi episcopo[1)].

Orta[a)] inter te ac monasterium Oniense[2)] super statu ipsius monasterii questione, cum venerabilis frater noster .. Segobiensis episcopus[3)] et dilectus filius .. Palentinus

---

[c)] *Bosquet, Migne:* quod. [d)] *Bosquet:* supra. [e)] *Bosquet:* supra.

58. [a)] *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.*

58. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach Photos der Abschriften im Archivo de la Catedral de Burgos):*

24: Burgensi episcopo] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. Burgensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem *1, 2.* 25: te] *über der Zeile nachgetragen 1; fehlt 2.*

58. [1)] García Martínez de Contreras, B. von Burgos 1206–1211 (gest. 8. März). Er reiste im Frühjahr 2010 zur Bischofsweihe nach Rom und brachte bei dieser Gelegenheit eine Reihe von offenen Problemen der Diözese vor. Vgl. Serrano, *Obispado*, bes. 184–186; ders., *Don Mauricio*, 19.

[2)] Ben.-Abtei San Salvador de Oña, Diöz. und Prov. Burgos. Der Konflikt mit dem Bischof von Burgos um die bischöflichen Rechte über die Abtei und deren Dependancen begann Mitte des 12. Jhs. Vgl. Olmedo Bernal, *Abadía*, 125–133; Berger, *Iberia Pontificia: Burgos*, 126f. Zum Prozess unter Innocenz III. s. auch die päpstlichen Entscheide vom März 1201: Mansilla, *Documentación*, 271, Nr. 244; 272, Nr. 246; 273, Nr. 247; 274, Nr. 249.

[3)] Gonzalo Miguel, B. von Segovia (Suffr. von Toledo) 1195/1196–1211. Vgl. *DHEE* IV 2400;

electus[4)] eam de nostro examinassent mandato ipsamque suficienter instructam ad nostrum remisissent examen, nos tandem instrumentis, attestationibus, confessionibus et allegationibus diligenter auditis et perspicaciter intelectis de communi fratrum nostrorum consilio te ac L(upo) monacho[5)], procuratore predicti monasterii, consensum prebentibus ita duximus providendum, ut Burgensis episcopus singulis annis semel ad idem monasterium causa visitationis accedat, ubi devote receptus et per diem unum honeste de bonis ipsius monasterii procuratus * capitulum intret et habito ad abbatem et fratres exhortationis sermone de statu eiusdem diligenter inquirat, ac super hiis, que in eo reformanda vel ordinanda cognoverit, abbas episcopi salubre consilium studeat adimplere; si vero infra octo dies illud exequi non curaverit, tocius negocii veritatem idem episcopus Romano pontifici per literas suas studeat fideliter intimare. Ipse tamen nec in abbatem nec in conventum excommunicationis vel suspensionis aut interdicti sententiam hac vel alia occasione inconsulto Romano pontifice ferre presumat, sed mandatum ipsius Romani pontificis expectetur, ut in eodem negocio iuxta quod ipse mandaverit procedatur; et, si abbas fuerit inventus culpabilis super eo, quod episcopi consilium non admisit, satisfaciat ei de moderatis expensis, quas propter hoc eum fecisse constiterit nuncium ad sedem apostolicam destinando. Cum autem post consecrationem suam prima vice Burgensis episcopus ad monasterium ipsum accesserit, recipiatur ab abbate ac monachis cum processione sollempni et, si voluerit, celebret ibi missam; quociens etiam invitatus[b)] accesserit pro exhibendis ecclesiasticis sacramentis, procuretur ab eis ita, quod numquam numerum personarum et evectionum[c)] excedat in Lateranensi consilio[d)] diffinitum[6)]; omnia siquidem ecclesiastica sacramenta, quociens indiguerint, ab eodem et non ab alio episcopo exigant et recipiant, dummodo gratiam apostolice sedis habuerit et ea gratis voluerit exhibere. Alioquin liceat illis quemcumque maluerint catholicum adire pontificem, qui ea sibi apostolica fretus auctoritate concedat. Oniensis autem electus a Burgensi episcopo benedictionem reverenter exposcat, quam ipse illi gratanter impendat difficultatem aut moram nullatenus ingerendo, nisi forsan ex publica fama vel manifesta causa seu denunciacione canonica rationabile quid obcistat[7)], et tunc eciam Romanus pontifex consulatur et ipsius beneplacitum expectetur ita, quod, si constiterit episcopum fuisse culpabilem super eo, quod benedictionem impendere noluisset electo, iustas ei refundat expensas, quas fecisse probabitur sedem apostolicam consulendo.

* fol. 15[r]

[b)] *Darnach* fuerit*; fehlt in der Empfängerüberlieferung und bei Bosquet und Migne.* [c)] eventionum; evectionum *bei Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* [d)] *Bosquet, Migne:* concilio*; s. die Empfängerüberlieferung.*

4: L(upo) monacho] *Gemipunctus 1, 2.* 21f.: personarum] *fehlt 2.* 22: eventionum] evectionum *1;* iniectionum *2; s. Anm. c.* 22: consilio] concilio *1, 2; s. Anm. d.*

Ubieto Arteta, *Listas*, II 343. Er fungierte schon vorher als delegierter Richter im Prozess zwischen dem B. von Burgos und der Abtei: s. die oben (Anm. 2) zitierten Briefe.

[4)] Tello Téllez de Meneses, Elekt von Palencia (Suffr. von Toledo) 1208, 1210, B. bis 1246/1247. Vgl. *DHEE* III 1870; Ubieto Arteta, *Listas*, II 288.

[5)] S. Br. XIII 69 S. 117 Z. 26.

[6)] Conc. Lat. III, c. 4 (*COD*[3] 213) = Comp. I 3. 34. 6 = X 3. 39. 6 (Friedberg, *CorpIC*, II 623).

[7)] Vgl. Hinschius, *Kirchenrecht*, V 351f.; 359, Anm. 1; 355–357; Hirte, *Innocenz*, 200f., 278–291, 86–99. Zur „causa manifesta“ vgl. bes. *Decretum Gratiani* C. 2 q. 1 c. 15–17, p. c. 20, a. c. 21 (Friedberg, *CorpIC*, I 445f., 449).

Cum autem ab eo fuerit benedictus, reverenciam ei super [his][e] tantummodo, que prescripta sunt, repromitat professione huiusmodi super altare in scriptis oblata. In ceteris autem prefatum monasterium plena gaudeat libertate. Ne igitur, quod a nobis pro parte tam Burgensis ecclesie quam monasterii Oniensis salubriter est provisum, occasione qualibet in posterum possit infringi, presencium auctoritate statuimus, ut contra prescriptam formam nulla summorum pontificum privilegia vel secularium principum scripta, nulla denique munimenta vel argumenta valeant prevalere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre provisionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Laterani, X Kal. Maii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

59.

Innocenz III. trägt den Bischöfen (Martin) von Zamora und (Rodrigo) von León auf, das Urteil, das er hinsichtlich der Unterstellung der Priorate, Kapellen und anderer Dependancen der Abtei Oña zugunsten des Bischofs (García) von Burgos gefällt hat, durchzusetzen, gewährt jedoch auf Verlangen der Abtei deren Wiedereinsetzung in den vorigen Rechtszustand, während derselbe Bischof (Martin) von Zamora, der Archidiakon Mauritius von Toledo und der Domkanoniker Michael von Segovia in päpstlichem Auftrag untersuchen sollen, was die Parteien zur Präskription vorzubringen haben.

Lateran, 1210 April 24.

Reg. Vat. 8, fol. 15^{r-v} <Nr. 58 *bzw.* 59*>.*

Empfängerüberlieferung: Original: Archivo de la Catedral de Burgos, vol. 31, fol. 15; Abschrift des 13. Jhs.: ebd., Libro Segundo de las donaciones, vol. 71, fol. 84^{r}–85^{r}, Nr. 92.

Bosquet 52, Nr. 59 = Baluze II 437, Nr. 59 = Migne, PL, 216, 250, Nr. 59; Del Alamo, Colección, 461, Nr. 383; Mansilla, Documentación, 450, Nr. 425; Garrido Garrido, Documentación, II 227, Nr. 427; Domínguez Sánchez, Documentos, 195, Nr. 133. — Comp. IV 1. 17. un.; Coll. Prag. 10; Coll. Pal. I 8; Coll. Abrincen. II 20; X 1. 41. 6. — S. unten Abb. V. — Potth. Reg. 3980; Mansilla, Documentación Burgos, 432, Nr. 57; Mansilla, Catalogo, 116, Nr. 425; de Lera Maíllo, Catálogo, 86, Nr. 254.

---

[e] *So Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.*

1: super] super hiis *1, 2: s. Anm. e.* 2: oblata] *fehlt 1.*

..[a] Zamorensi[1] et .. Legionensi[2] episcopis.

Suscitata[b] super diversis articulis inter venerabilem fratrem nostrum ..[c] Burgensem episcopum[3] et Oniense monasterium[4] questione, cum venerabilis frater noster Segobiensis[d] episcopus[5] et dilectus filius T(ellus), Palatinus[e] electus[6], quibus auctoritate nostra dicta fuit causa comissa, eam sufficienter instructam ad nostram presenciam remisissent, nos eidem episcopo et L(upo) monacho, monasterii procuratori, qui propter hoc ad sedem apostolicam venerant, audienciam concessimus liberam et benignam. Qui cum cepissent principaliter litigare super statu monasterii memorati, quod ad se de iure communi spectare[f] dictus episcopus proponebat utpote in sua diocesi constitutum[7], cuius iuris usum Burgensem ecclesiam longis temporibus[g] retroactis[g] habuisse firmabat[h], et ex parte monasterii diceretur illud per principes seculares et Romanos pontifices ab antiquo libertate donatum[8] et ipsum longissimo tempore usum fuisse plenaria libertate, nos auditis utrimque propositis de voluntate parcium demum ex providencia inter eas duximus conponendum, prout in aliis nostris litteris[i] super hoc confectis plenius continetur[9].

Postmodum vero partibus super subiectione ac libertate menbrorum eiusdem loci, monasteriorum videlicet, capellarum, cellarum et prioratuum, prosequentibus[j] questionem[10], quatuor sibi dictus episcopus in prefatis locis ad se de iure communi spectantibus, ut dicebat, cuius iuris usum habuerat ab antiquo, specialiter vendicabat eorundem locorum clericos asserendo teneri ad episcoporum, archidiaconorum et archipresbiterorum Burgensium accedere synodos, * excommunicationis vel interdicti servare sentencias promulgatas ab eis, procurationes annuas exhibere ac singulos aureos solvere Burgensi episcopo noviter substituto. Ad intentionem propriam robo- * fol. 15v

---

59. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b]) *Auf fol. 15v längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich; weiters am Rande ein Paragraphenzeichen und:* Hoc c(apitulum) est Extra De restitutione in integrum *(X 1. 41. 6).* [c]) *Fehlt bei Bosquet.* [d]) *Bosquet:* .. Segobien.*; s. die Empfängerüberlieferung.* [e]) *Bosquet, Migne:* Palentinus*; s. die Empfängerüberlieferung.* [f]) *Migne:* sperare. [g–g]) *Bosquet und Migne:* retroactis temporibus*; s. die Empfängerüberlieferung.* [h]) *Korr. aus* firmabant *durch Unterpungierung des* -n-. [i]) *Korr. aus* libteris. [j]) *Bosquet, Migne:* persequentibus.

59. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einem Photo des Originals):*

1: .. Zamorensi — episcopis] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus .. Zamorensi et .. Legionensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. 4: Segobiensis] .. Segobiensis*; s. Anm. d.* 4: Palatinus] Palentinus*; s. Anm. e.* 10f.: temporibus retroactis] retroactis temporibus*; s. Anm. g–g.*

59. [1]) S. Br. XIII 57 Anm. 1.

[2]) Rodrigo Alvarez, Elekt von León 1208/1209, B. bis 1232. Vgl. Fernández Catón, *Colección*, VI, S. XIXf.

[3]) S. Br. XIII 58 Anm. 1.

[4]) S. Br. XIII 58 Anm. 2.

[5]) S. Br. XIII 58 Anm. 3.

[6]) S. Br. XIII 58 Anm. 4.

[7]) S. Br. XIII 7 Anm. 3.

[8]) S. unten Anm. 12–15.

[9]) Br. XIII 58.

[10]) Zum Konflikt über die bischöflichen Rechte über die Dependancen von Oña vgl. Olmedo Bernal, *Abadía*, 133–138.

randam super primis tribus articulis ius commune[11)], secundum quod dictos clericos sicut et alios sue diocesis ad predicta teneri dicebat, ac iuris ipsius usum liberum ab antiquo, et super quarto antiquam et approbatam consuetudinem allegando. De quibus omnibus per depositiones testium[k)] fidem factam esse dicebat.

Verum pars altera proposuit ex adverso supradicti monasterii membra sicud et ipsum cenobium ab antiquo fuisse secularium principum et Romanorum pontificum Vrbani secundi[12)], Paschalis secundi[13)], Eugenii tercii[14)] et Alexandri tercii[15)] privilegiis libertate donata et longis retroactis temporibus huiusmodi fuisse libertate gavisa, sicud per ipsa privilegia exhibita coram nobis ac instrumentum Victoris, quondam Burgensis episcopi[16)], et suorum depositiones testium manifeste constare dicebat.

Nos igitur auditis et intelectis, que utraque pars proposuit coram nobis, super quatuor premissis capitulis monasterium Oniense de consilio fratrum nostrorum iusticia condempnavimus exigente. Sentencia vero lata procurator prefatus ad probandam prescriptionem tam super quatuor articulis prenotatis quam etiam super[l)] quibusdam decimis post transactionem[17)] acquisitis a monasterio, ecclesiis et colonis ipsius ex episcopi parte petitis, quarum controversiam volebamus sentencie calculo terminare et in qua fuerat coram iudicibus supradictis conclusum, restitutionem[m)] in integrum nomine monasterii postulavit. Et cum super hoc coram nobis fuisset aliquamdiu litigatum, nos deliberatione prehabita restitutionem in integrum ad prescriptionem probandam tam super quatuor articulis prenotatis quam etiam super[n)]

[k)] *Davor* s. [l)] *Bosquet:* supra. [m)] *Davor eine Art Paragraphenzeichen und am Rande drei Punkte und ein Strich.* [n)] *Bosquet:* supra.

7: Paschalis] Pascalis.

[11)] Zur Pflicht zum Synodalbesuch vgl. Br. II 251 (261) Bd. 2 S. 482 Z. 5–9 = Comp. IV 1. 14. 1 = X 1. 33. 9 (Friedberg, *CorpIC*, II 200); vgl. ferner Br. VIII 55 (54). Zur Befolgung von Exkommunikation und Interdikt vgl. *JL* 13803, 14111 (Alexander III.) = Comp. I 5. 23. 3, 4 = X 5. 27. 3, 4 (Friedberg, *CorpIC*, II 827f.). Zu den jährlichen Prokurationen, vielleicht aus Anlass der bischöflichen Visitation, vgl. *Decretum Gratiani* C. 10 q. 1 c. 10 (Friedberg, *CorpIC*, I 614f.); Br. VII 27 Bd. 7 S. 48 Z. 35–S. 49 Z. 7 = Comp. III 3. 37. 6 = X 3. 39. 21 (*ebd.* II 631); etwa auch *Decretum Gratiani* C. 10 q. 3. c. 1 (*ebd.* I 622); allgemeine Abgaben an den Bischof *Decretum Gratiani* C. 18 q. 2 c. 31 (*ebd.* I 838); Br. IX 143 Bd. 9 S. 263 Z. 33f. = Comp. III 3. 37. 4 = X 3. 39. 19 (*ebd.* II 630).

[12)] Papst Urban II. März/September 1094: Berger, *Iberia Pontificia: Burgos*, 131, Nr. 5; Dr.: Del Alamo, *Colección*, I 131, Nr. 104.

[13)] Papst Paschal II. am 10. Januar 1102: Berger, *Iberia Pontificia: Burgos*, 132, Nr. 9; Dr.: Del Alamo, *Colección*, I 145, Nr. 114.

[14)] Papst Eugen III. am 9. April 1148: Berger, *Iberia Pontificia: Burgos*, 133, Nr. 14; Dr.: Del Alamo, *Colección*, I 238, Nr. 202.

[15)] Papst Alexander III. am 6. Juni 1163: Berger, *Iberia Pontificia: Burgos*, 139, Nr. 28; Dr.: Del Alamo, *Colección*, I 271, Nr. 227.

[16)] 1152 die Überlassung diverser Abgaben durch B. Victor von Burgos (1147–1156; vgl. *DHEE* I 294) an Abt Johannes (IV.) (1136/1137–1160; vgl. *DHEE* III 1612; Berger, *Iberia Pontificia: Burgos*, 126; Oceja Gonzalo, *Documentación*, 46, Nr. 54; 47, Nr. 55) von Oña. Dr.: Del Alamo, *Colección*, I 256, Nr. 212; s. auch *ebd.* 261, Nr. 219; 263, Nr. 220 (Bestätigung durch den Kardinallegaten Hyacinth von S. Maria in Cosmedin, 1155); 274, Nr. 228 (Bestätigung durch Alexander III., 7. Juni 1163); Berger, *Iberia Pontificia: Burgos*, 135, Nr. 20; 139, Nr. 29. Vgl. Serrano, *Don Mauricio*, 101–103. S. auch die Bestätigung Innocenz' III., unten Br. XIII 69.

[17)] Der Terminus transactio deutet oft auf eine Streitbeilegung, bei der Güter und Rechte getauscht wurden, hin. Vgl. Murauer, *Formen*.

controversia decimarum eidem procuratori nomine monasterii duximus indulgendam, tibi, frater Zamorensis, et dilectis filiis magistris Mauricio, archidiacono Toletano[18], et Michaelli[o], canonico Segobiensi, dantes nostris litteris in mandatis[19], ut recipiatis testes, quos pars monasterii ad probandam prescriptionem legitimam super quatuor articulis sepedictis et super capitulo decimarum vel etiam episcopus ad interruptionem probandam[20] duxerit producendos et, si de parcium voluntate processerit, causam ipsam appellatione remota fine debito terminetis; alioquin remitatis eandem ad nos suficienter instructam, prefigentes partibus terminum conpetentem, quo nostro se conspectui representent sententiam dante Domino recepture. Ne vero per excogitatam maliciam, sicud ex quibusdam presumptionibus pluribus videbatur, effectum sentencie in dampnum episcopi contingeret impediri, neve monasterium per excequtionem sentencie propter ipsas suspitiones incurreret detrimentum, nos equitate pensata ita duximus providendum, ut ante omnia supradicta sentencia a nobis prolata per vos excequtioni mandetur. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus sentenciam ipsam sublato appellationis obstaculo executioni mandantes faciatis eandem inviolabiliter observari; contradictores per censuram ecclesiasticam conpescentes.

Quodsi non ambo hiis exequendis poteritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur.

Datum Laterani, VIII Kal. Maii, pontificatus nostri anno XIII[o].

60.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Martin) von Zamora, dem Magister Mauritius, Archidiakon von Toledo, und dem Magister Michael, Domkanoniker von Segovia, auf, im Prozess zwischen dem Bischof (García) von Burgos und der Abtei Oña die Zeugen, welche die Parteien zum Beweis für die oder zur Widerlegung der Präskription hinsichtlich einiger strittiger Punkte vorbringen möchten, zu hören und den Fall zu entscheiden oder den Parteien einen Termin an der Kurie zu setzen. Weiters sollen sie sich vom Bischof garantieren lassen, dass er, falls die Abtei den Prozess gewinnt, restituiert, was er zwischenzeitlich aufgrund des ergangenen päpstlichen Urteils [Br. XIII 59] von dieser erhalten hat.

(Lateran, 1210 April 24)[1].

---

[o]) *Bosquet, Migne:* Michaeli.

3: Michaelli] Mich(aeli). 20: XIII[o]] tertiodecimo.

[18]) Mauritius, studierte in Paris, war mit EB. Rodrigo von Toledo befreundet, 1209 Archidiakon von Toledo, 1213–1238 B. von Burgos. Vgl. Serrano, *Don Mauricio*.

[19]) Br. XIII 60.

[20]) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 16 q. 3 p. c. 15 § 4, 5 (Friedberg, *CorpIC*, I 794f.); *JL* 14012 (Alexander III.) = Comp. II 2. 17. 1 = X 2. 26. 8 (Friedberg, *CorpIC*, II 384).

60. [1]) Das Datum stammt aus der Empfängerüberlieferung.

Reg. Vat. 8, fol. 15ᵛ <Nr. 59 bzw. 60>.

Empfängerüberlieferung: Originale: Madrid, Archivo Historico Nacional, D. E. de Oña, carp. 281, Nr. 13 (1); Archivo de la Catedral de Burgos, vol. 31, fol. 16 (2).

Bosquet 54, Nr. 60 = Baluze II 438, Nr. 60 = Migne, PL, 216, 252, Nr. 60; Del Alamo, Colección, I 463, Nr. 384; Mansilla, Documentación, 452, Nr. 426; Garrido Garrido, Documentación, II 225, Nr. 426. — Comp. IV 1. 17. un.; Coll. Prag. 10; Coll. Pal. I 8; Coll. Abrincen. II 20; X 1. 41. 6. — Potth. Reg. 3981; Mansilla, Documentación Burgos, 433, Nr. 58; Mansilla, Catalogo, 117, Nr. 425; de Lera Maíllo, Catálogo, 87, Nr. 255.

Zamorensi episcopo[2] et magistris[a] Mauricio, archidiacono Tholetano[3], et Michaeli, canonico Segobiensi.

Suscitata super diversis articulis et cetera in eundem modum ut in alia per totum usque duximus[b] indulgendam. Quocirca presencium vobis auctoritate manda-

---

60. [a]) magistro; magistris *bei Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung. S. auch Br. XIII 59 S. 99 Z. 2.* [b]) *Br. XIII 59 S. 99 Z. 1.*

60. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach Photos der Originale im Archivo Nacional und im Archivo de la Catedral de Burgos):*

9f.: Zamorensi — Segobiensi] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. Zamorensi episcopo et dilectis filiis magistris Mauricio, archidiacono Toletano, et Michael(i) *[1;* Mich(aeli) *2]*, canonico Segobiensi, salutem et apostolicam benedictionem *1, 2.* 11f.: et cetera — usque] inter venerabilem fratrem nostrum .. Burgensem episcopum et Oniense monasterium questione, cum venerabilis frater noster .. Segobiensis episcopus et dilectus filius T(ellus), Palentinus electus, quibus auctoritate nostra dicta fuit causa commissa, eam sufficienter instructam ad nostram presentiam remisissent, nos eidem episcopo et L(upo) monacho, monasterii procuratori, qui propter hoc ad sedem apostolicam venerant, audientiam concessimus liberam et benignam. Qui cum cepissent principaliter litigare super statu monasterii memorati, quod ad se de iure communi spectare dictus episcopus proponebat utpote in sua diocesi constitutum, cuius iuris usum Burgensem ecclesiam longis retroactis temporibus habuisse firmabat, et ex parte monasterii diceretur illud per principes seculares et Romanos pontifices ab antiquo libertate donatum et ipsum longissimo tempore usum fuisse plenaria libertate, nos auditis utrimque propositis de voluntate partium demum ex providentia inter eas duximus componendum, prout in aliis nostris litteris super hoc confectis plenius continetur. Postmodum vero partibus super subiectione ac libertate menbrorum eiusdem loci, monasteriorum videlicet, capellarum, cellarum et prioratuum, prosequentibus questionem, quatuor sibi dictus episcopus in prefatis locis ad se de iure communi spectantibus, ut dicebat, cuius iuris usum habuerat ab antiquo, specialiter vendicabat eorundem locorum clericos asserendo teneri ad episcoporum, archidiaconorum et archipresbiterorum Burgensium accedere sinodos, excommunicationis vel interdicti servare sententias promulgatas ab eis, procurationes annuas exhibere ac singulos aureos solvere Burgensi episcopo noviter substituto. Ad intentionem propriam roborandam super primis tribus articulis ius comune, secundum quod dictos clericos sicut et alios sue diocesis ad predicta teneri dicebat, ac iuris ipsius usum liberum ab antiquo, et super quarto antiquam et approbatam consuetudinem allegando. De quibus omnibus per depositiones testium fidem factam esse dicebat. Verum pars altera proposuit ex adverso supradicti monasterii menbra sicut et ipsum cenobium ab antiquo fuisse secularium principum et Romanorum pontificum Vrbani secundi, Pascalis secundi, Eugenii tertii et Alexandri tertii privilegiis libertate donata et longis retroactis temporibus huiusmodi fuisse libertate gavisa, sicut per ipsa privilegia exhibita coram nobis ac instrumentum Victoris, quondam Burgensis episcopi, et suorum depositiones testium manifeste constare dicebat. Nos igitur auditis et intellectis, que utraque pars proposuit coram nobis, super quatuor premissis capitulis monasterium Oniense

[2]) S. Br. XIII 57 Anm. 1.
[3]) S. Br. XIII 59 Anm. 18.

mus, quatinus recipiatis testes, quos pars monasterii ad probandam prescriptionem legitimam et cetera ut in alia usque a[c)] nobis prolata sublato appellationis obstaculo exequtioni mandetur, cuius exequtionem tibi, frater Zamorensis, et venerabili fratri nostro .. Legionensi episcopo[4)], duximus comitendam[5)]. Volumus nichilominus et mandamus, ut ab episcopo recipiatis ydoneam cautionem, quod, si monasterium in causa ipsa [per sententiam][d)] prevaluerit, universa, que medio tempore ipsius sentencie occasione perceperit[e)], monasterio restituat memorato[6)].

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum[f)] ea et cetera.

Datum ut in alia per totum.

61.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Martin) von Zamora, dem Magister Mauritius, Archidiakon von Toledo, und dem Magister Michael, Domkanoniker von Segovia, auf, im Prozess zwischen dem Bischof (García) von Burgos und den Klerikern von Santa María in Castrojeriz um Abgaben, Rechte, Immobilien, Sachgüter und Übergriffe nach einer ad cautelam-Absolution der Kleriker von der über sie verhängten Exkommunikation die Aussagen zu hören und ein Urteil zu fällen oder die Ergebnisse an die Kurie zurückzuschicken und den Parteien dort einen Termin zu setzen.

Rom, St. Peter, 1210 April 28.

[c)] *Br. XIII 59 S. 99 Z. 13.* [d)] *So Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* [e)] *Bosquet, Migne:* percepit. [f)] *Bei Bosquet folgt:* in.

de consilio fratrum nostrorum iustitia condempnavimus exigente. Sententia vero lata procurator prefatus ad probandam prescriptionem tam super quatuor articulis prenotatis quam etiam super quibusdam decimis post transactionem acquisitis a monasterio, ecclesiis et colonis ipsius ex episcopi parte petitis, quarum *[*quorum *2]* controversiam volebamus sententie calculo terminare et in qua fuerat coram iudicibus supradictis conclusum, restitutionem in integrum nomine monasterii postulavit. Et cum super hoc coram nobis fuisset aliquandiu litigatum, nos deliberatione prehabita restitutionem in integrum ad prescriptionem probandam tam super quatuor articulis prenotatis quam etiam super controversia decimarum eidem procuratori nomine monasterii *1, 2.*

2: et cetera — usque] super quatuor articulis sepedictis et super capitulo decimarum vel etiam episcopus ad interruptionem probandam duxerint producendos et, si de partium voluntate processerit, causam ipsam appellatione remota fine debito terminetis; alioquin remittatis eandem ad nos sufficienter instructam, prefigentes partibus terminum conpetentem, quo nostro se conspectui representent sententiam dante Domino recepture. Ne vero per excogitatam malitiam, sicut ex quibusdam presumptionibus pluribus videbatur, effectum sententie in dampnum episcopi contingeret impediri, neve monasterium per excecutionem sententie propter ipsas suspitiones incurreret detrimentum, nos equitate pensata ita duximus providendum, ut ante omnia supradicta sententia *1, 2.* 6: ipsa] ipsa per sententiam *1, 2.* 8: et cetera] his exequendis potueritis interesse *1, 2.* 8: et cetera] nichilominus exequantur *1, 2.* 9: ut — totum] Laterani, VIII Kal. Maii, pontificatus nostri anno tertiodecimo *1, 2.*

[4)] S. Br. XIII 59 Anm. 2.

[5)] Br. XIII 59.

[6)] Vgl. auch den nicht ins Register aufgenommenen Brief Innocenz' III. vom 30. April 1210 an die delegierten Richter über die Verpflichtungen der Abtei bei gegenteiligem Ausgang: Dr.: Mansilla, *Documentación*, 457, Nr. 429.

Reg. Vat. 8, fol. 15^{v}–16^{r} <Nr. 60 bzw. 61>.

Empfängerüberlieferung: Original: Archivo de la Catedral de Burgos, vol. 27, fol. 96; Abschrift des 13. Jhs.: ebd., Libro Segundo de las donaciones, vol. 71, fol. 67^{v}–68^{v}, Nr. 82.

Bosquet 54, Nr. 61 = Baluze II 438, Nr. 61 = Migne, PL, 216, 252, Nr. 61; Del Alamo, Colección, I 464, Nr. 385; Mansilla, Documentación, 453, Nr. 427; Garrido Garrido, Documentación, II 230, Nr. 428. — Potth. Reg. 3987; Mansilla, Documentación Burgos, 433, Nr. 59; Mansilla, Catalogo, 117, Nr. 426; de Lera Maíllo, Catálogo, 87, Nr. 256.

Eisdem[1)].

Cum[a)] in causa, que inter Burgensem ecclesiam et clericos sancte Marie de Castro Soriz[b, 2)] super quibusdam ecclesiis et rebus aliis vertitur, ad dilectos filios ..[c)] abbatem de Retorca[d, 3)] et priorem[e)] de Corrubiis[f, 4)] fuerint a sede apostolica littere impetrate, ipsi reputantes venerabilem fratrem nostrum Burgensem[g)] episcopum[5)] contumacem in rerum petitarum possessionem causa rei servande partem induxerunt adversam[6)].

Verum cum super eorundem processu, quem memoratus episcopus utpote post appellationem ad nos legitime interpositam attemptatum revocari petebat[7)], inter ipsum et .. partis adverse procuratorem fuisset in nostra presencia diucius litigatum, taliter fuit demum a nobis de ipsorum voluntate provisum, ut tam super[h)] dictarum[h)] rerum omnium possessione quam etiam fructibus, quos nunc possunt dicti clerici restituere, prefato episcopo restitutis de restituendis aliis, quamcito se facultas obtu-
* fol. 16^{r} lerit, ydoneam exponant dicti clerici cautionem; ad quod eos, * si necesse fuerit, per vos volumus et mandamus appellatione remota ecclesiastica censura compelli. Postmodum autem episcopus petiit coram nobis, ut clericos eiusdem ecclesie, qui post

---

61. [a)] *Längs des Briefes auf fol. 15^{v} und im ersten Drittel von fol. 16^{r} am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b)] *Bosquet, Migne:* Soris*; in den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 30^{v}):* Soriz. [c)] *Fehlt bei Bosquet.* [d)] *Bosquet:* Retorta*; s. die Empfängerüberlieferung.* [e)] *Bosquet:* .. Priorem*; s. die Empfängerüberlieferung.* [f)] *Von späterer Hand unterpungiert und mit Verweiszeichen an den Rand geschrieben*: caueis rubeis. [g)] *Bosquet:* .. Burgensem*; s. die Empfängerüberlieferung.* [h–h)] supradictarum*; s. die Empfängerüberlieferung;* super dictarum *bei Bosquet und Migne.*

61. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einem Photo des Originals):*

8: Eisdem] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. episcopo Zamorensi et dilectis filiis Mauricio, archidiacono Toletano, et magistro Michaheli, canonico Segobiensi, salutem et apostolicam benedictionem. 11: Retorca] Retorta*; s. Anm. d.* 11: priorem] .. priorem*; s. Anm. e.* 12: Burgensem] .. Burgensem*; s. Anm. g.* 17: super dictarum] supradictarum*; s. Anm. h–h.*

61. [1)] S. Br. XIII 57 Anm. 1 und 59 Anm. 18 und Br. 60 S. 100 Z. 10.

[2)] Kollegiatkirche Santa María del Manzano in Castrojeriz, Prov. und Diöz. Burgos, C. A. Castilla y León, s. auch die Auflistung unter den Besitzungen der Kirche von Burgos im Privileg Alexanders III. vom 19. Juli 1163: Berger, *Iberia Pontificia: Burgos*, 68, Nr. 108; Dr.: Garrido Garrido, *Documentación*, I 265, Nr. 165.

[3)] Prämonstratenser-Abtei Retuerta bei Peñafiel, Diöz. Palencia, Prov. Valladolid, C. A. Castilla y Léon. Als Äbte sind bezeugt: Jordanus 1208, Peregrinus 1210–1224. Vgl. Backmund, *Monasticon*, III 281; *DHEE* III 1629.

[4)] Kollegiatstift San Cosme y San Damiáno in Covarrubias bei Burgos. Vielleicht Sancho, der 1211 als Prior bezeugt ist. Vgl. *Dict. HGE* 13 (1956) 993.

[5)] S. Br. XIII 58 Anm. 1.

[6)] Vgl. Codex 3. 19. 2. 1; zu den Fristen für den Beklagten, um sich doch einzulassen, vgl. Codex 7. 39. 8. 3 (Ed. Krueger 129, 352); Kaser, *Privatrecht*, II 514.

[7)] S. Br. XIII 1 Anm. 15.

interdicti ab eodem episcopo et excommunicationis sentencias a .. Palen(tino) electo[8] et suis coniudicibus delegatis a nobis propter eorum contumaciam rationabiliter promulgatas divina presumpserant officia celebrare[9] prefatis sentenciis vilipensis, pena canonica[i] dignaremur[i] castigare ac quorundam eorum corpora faceremus de cimenterio ecclesiastico exhumari, que interim fuerant tumulata.

Procurator vero predictus tam super libertate libere sibi eligendi prelatum, quam etiam super[j] terciis ipsius ecclesie, medietate domorum, molendinorum, vinearum, terrarum et ortorum ad ipsam ecclesiam in eodem castro spectancium et ecclesiarum ac tertiarum[k] eiusdem castri et circumadiacencium heremitarum, item sancti Nicholai[l, 10], sancti Dominici, sancte Cecilie[11], sancti Iacobi, sancti Stephani, sancti Iohannis, sancti Michaelis et sancte Eulalie[12] ecclesiarum et heremitarum circumadiacencium eis, rursum sancti Michaelis de Tauaneyra[m, 13], sancti Stephani de Castriello[14], sancte Marie de Villasilos[n, 15], sancti Martini et sancti Andree ecclesiarum cum adiacentibus eis heremitoriis universis, terrarum quoque ac vinearum et molendinorum medietatis et de Arnelas[16] et de Palatios[17] et de Fitero[18] ecclesiarum necnon et de Ponte Fitero et de Feneyosa[19] et Villeuiridis[20] et de Alchobela[o, 21] et sancti Cipriani ecclesiarum ac heremitarum omnium circumadiacentium eis, procurationum quoque et obedienciarum et interdictorum de Valbonella[22], de Fontelezina[p, 23] et de Valuincheyra[q, 24] et de Valuas[25] ecclesiarum et medietatis de solaribus, ortis, terris,

---

[i–i]) *Bosquet, Migne:* dignaremur Canonica*; s. die Empfängerüberlieferung.* [j]) *Bosquet:* supra. [k]) *Bosquet, Migne:* terrarum. [l]) *Bosquet, Migne:* Nicolai. [m]) *Bosquet, Migne:* Tavanera. [n]) *Bosquet, Migne:* Villafilos. [o]) *Bosquet, Migne:* Alcobella. [p]) *Bosquet, Migne:* Fonte Lesina. [q]) *Bosquet, Migne:* Valvinchera.

1: Palen(tino)] Palentin(o). 4: canonica dignaremur] dignaremur canonica*; s. Anm. i–i.* 4f.: cimenterio] cimiterio. 10: Nicholai] Nicolay. 11: Michaelis] Michahelis. 12: Michaelis] Michahelis. 12: Tauaneyra] Tauanera. 16: Feneyosa] Feneiosa. 18: Valbonella] Valbonela. 18: Fontelezina] Fonte de Lezina. 19: Valuincheyra] Valuinchera.

[8]) S. Br. XIII 58 Anm. 4.

[9]) Vgl. *JL* 13803 (Alexander III.) = Comp. I 5. 23. 3 = X 5. 27. 3; *JL* 14111 (Alexander III.) = Comp. I 5. 23. 4 = X 5. 27. 4 (Friedberg, *CorpIC*, II 827f.). Vgl. Cheney, *Studies*, 322.

[10]) Santo Nicolás de Espinosa de las Monteros bei Villarcayo, Prov. Burgos. Vgl. Del Alamo, *Colección*, I 18, Anm. 72; II 1104 (Index).

[11]) Santa Cecilia bei Villarcayo. Vgl. *ebd.* I 18, Anm. 72.

[12]) Santa Olalla bei Villarcayo. Vgl. *ebd.*

[13]) Tabanera, abgekommen, Ayuntamiento Castrojeriz.

[14]) Castrillo, abgekommen, am Ebro. Vgl. Del Alamo, *Colección*, I 285, Anm. 1.

[15]) Villasilos, Ayuntamiento Castrojeriz. Vgl. *ebd.* II 1021 (Index).

[16]) Arniellas, abgekommen, P. j. Baltanás, Prov. Palencia, C. A. Castilla y León. Vgl. *ebd.* II 996 (Index).

[17]) Vielleicht San Miguel de Aras, P. j. Laredo, Prov. Santander. Vgl. *ebd.* I 315, Anm. 1.

[18]) Itero del Castillo, P. j. Castrojeriz. Vgl. *ebd.* I 19, Anm. 78; II 1105 (Index).

[19]) Fenciosa. Vgl. *ebd.* II 1002 (Index) (ohne Lokalisierung).

[20]) Villaverde, P. j. Briviesca, Prov. Burgos. Vgl. *ebd.* I 16, Anm. 55.

[21]) Alcobella, Prov. Burgos. Vgl. *ebd.* II 995 (Index).

[22]) Valbonilla, Ayuntamiento Castrojeriz. Vgl. *ebd.* II 1019 (Index).

[23]) Fuentelecina. Vgl. *ebd.* II 1002 (Index) (ohne Lokalisierung).

[24]) Vallunquera, Ayuntamiento Castrojeriz.

[25]) Vielleicht Los Balbases, P. j. Burgos.

vineis, molendinis, ecclesiarum de Villaserigo[26)] et circumadiacencium heremitarum, de Villimara[27)] et de Villaquiran[28)] ecclesiarum, terrarum et vinearum ecclesie de Valdemoro cum adiacentibus eis heremitoriis universis, de Quintanella[29)] quoque et de Fontan(as)[30)], de Castellanos[31)] et de Villaaios[32)] ecclesiarum, medietatis insuper de solaribus, terris, ortis, vineis et molendinis ecclesie de Fanos et de Fenestrosa[33)] cum heremitorio et de Pedrosa[34)] cum circumadiacentibus heremitoriis, sancte Eugenie et sancti Iohannis de Pisuerga[35)] ecclesiarum, ac instituendi prelatos et archipresbiteros in eisdem et hereditatis cuiusdam apud Ormaza[36)] restitutionem humiliter postulavit. Petiit quoque, ut quasdam res mobiles, scilicet thurribulum et sciphum argentea, mulam et mulum, centum oves et tria iuga boum cum[r)] apparatibus suis, duodecim porcos et sex modios panis, dolium vini, gallinarum quoque et anserum ac valenciam annonarum, que predictus Burgensis episcopus per tres menses in quindecim equitaturis expendit, tapeta duo, linteamina tria et totidem pulvinaria, mantas tres, culcitram unam, mantilia quatuor, sogam carralem de corio, ferrum caldararum, acetrum, tres aczados, totidem aczadas, quatuor cistas scutellis plenas, quatuor fulcra et auricularia tria, cohopertorium unum, necnon et lectum de corio, cuppam de Villaaios ad Villam de Silos tunc temporis deportatam, duas cuppas alias de civitate Burgensi ablatas et aliam venditam in Leuis, scanpna tria, carrum ferratum, quibus omnibus pars sua spoliata fuerat, ei restitui mandaremus. Adiecit insuper, quod dictus Burgensis episcopus claves sacriste abstulit violenter codicemque privilegiorum ablatum non reddidit, donec ea, que contra ipsum et suam ecclesiam in eo continebantur, abrasit, quedam nichilominus detinens, que delegati a nobis iudices sub excommunicationis pena restitui preceperunt; que omnia sibi procurator predictus cum fructibus perceptis ex eis restitui postulabat et super[s)] hiis satisfactionem sibi congruam exhiberi.

Lite igitur coram nobis super premissis legitime contestata, quia super utrinque propositis non[t)] potuit nobis[t)] fieri plena fides, causam ipsam de ipsorum episcopi et procuratoris assensu vobis duximus commitendam per apostolica[u)] scripta mandan-

---

[r)] *Fehlt bei Migne.* [s)] *Bosquet:* supra. [t–t)] *Bosquet, Migne:* nobis non potuit*; s. die Empfängerüberlieferung.* [u)] *Migne fügt hinzu:* vobis.

2: Villaquiran] Villaquiram. 9: scilicet] silicet. 15: fulcra] fulchra. 18: scanpna] scampna. 26: non potuit nobis] nobis non potuit*; s. Anm. t–t.*

[26)] Vielleicht Villodrigo, Prov. Palencia.
[27)] Villaldemiro, P. j. und Prov. Burgos.
[28)] Villaquirán (de los Infantes), P. j. und Prov. Burgos.
[29)] Quintanilla (San Gracia), P. j. Briviesca. Vgl. Del Alamo, *Colección*, I 18, Anm. 73; 148, Anm. 1.
[30)] Wahrscheinlich Hontanas, Prov. Burgos.
[31)] Castellanos de Bureba, 22 km von Briviesca entfernt. Vgl. Del Alamo, *Colección*, I 13, Anm. 9.
[32)] Villajos, P. j. Castrojeriz.
[33)] Hinestrosa, Ayuntamiento Castrojeriz. Vgl. Del Alamo, *Colección*, II 1003 (Index).
[34)] Pedrosa del Páramo oder Pedrosa del Principe, P. j. Castrojeriz. Vgl. *ebd.* I 451, Anm. 9.
[35)] Vielleicht San Juan Bautista in Nogales de Pisuerga, Mun. Alar del Rey, Prov. Palencia.
[36)] Hormaza, Ayuntamiento Estépar, Prov. Burgos. Vgl. Del Alamo, *Colección*, I 388, Anm. 1; II 1003 (Index).

tes, quatinus absolutis clericis eiusdem ecclesie ad cautelam[37)] audiatis causam et eandem, si de parcium voluntate processerit, appellatione remota fine debito terminetis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari[38)]. Alioquin ipsam suficienter instructam ad nostram presenciam remitatis prefigentes partibus terminum conpetentem, quo se nostro conspectui representent iustam auctore Domino sententiam recepture. Testes autem, qui ab utraque parte fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore substraxerint, per censuram eandem appellatione remota cogatis veritati testimonium perhibere; nullis litteris obstantibus preter assensum parcium a sede apostolica impetratis.

Quodsi non omnes hiis exequendis et cetera, duo vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Rome apud sanctum Petrum, IIII Kal. Maii, anno terciodecimo.

62.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Martin) von Zamora, dem Magister Mauritius, Archidiakon von Toledo, und dem Magister Michael, Domkanoniker von Segovia, auf, im Prozess zwischen dem Bischof (García) von Burgos und dem der Kirche von Burgos unterstehenden Kloster San Juan de Ortega das erste Urteil päpstlicher delegierter Richter durchzusetzen und über weitere Streitpunkte die Zeugenaussagen zu hören und ein Urteil zu fällen oder die Ergebnisse an die Kurie zurückzuschicken und den Parteien dort einen Termin zu setzen.

Rom, St. Peter, 1210 April 28.

Reg. Vat. 8, fol. 16^{r-v} <Nr. 61 *bzw.* 62*>.*

Bosquet 56, Nr. 62 = Baluze II 439, Nr. 61 (!) = Migne, PL, 216, 254, Nr. 61 (!); Del Alamo, Colección, I 467, Nr. 386; Mansilla, Documentación, 455, Nr. 428. — Potth. Reg. 3988; de Lera Maíllo, Catálogo, 87, Nr. 257.

10: et cetera] potueritis interesse. 12: anno] pontificatus nostri anno.

[37)] Vgl. *JL* 13583 (Alexander III.) = Comp. I 1. 23. 2 (Friedberg, *Compilationes antiquae*, 9) zur ad cautelam-Absolution. S. auch *JL* 14307 (Alexander III.) = Comp. I 2. 20. 22 = X 2. 28. 16 (Friedberg, *CorpIC*, II 414f.).

[38)] Der Archidiakon Mauritius und seine coniudices fällten am 20. Januar 2011 in Valladolid ein Urteil zugunsten des Bischofs: Mansilla, *Catalogo*, 118, Nr. 431; Garrido Garrido, *Documentación*, II 237, Nr. 433; vgl. Serrano, *Don Mauricio*, 23. S. auch die Bestätigung durch Papst Honorius III. vom 20. September 1220: Garrido Garrido, *Documentación*, II 353, Nr. 525.

Eisdem[1].

Burgensi[a] capitulo dudum ad nos suam querimoniam destinante, quod monasterium sancti Iohannis de Ortega[2] ad Burgensem ecclesiam pertinebat, cui G. Martini sacerdos et quidam alii debitam recusabant obedienciam exhibere violenter ipsum monasterium detinentes, nos bone memorie episcopo[b, 3] et dilectis filiis archidia-
* fol. 16v cono[c, 4] et ..[d] thesaurario[5] Palentinis commisimus causam ipsam, coram quibus * P. Iohannis, Burgensis ecclesie procurator, contra Petrum Bartholomei, Petrum Iohannis, Do(min)icum Martini, Iohannem et Gundisaluum singulariter videlicet contra quemlibet suam exeruit questionem et possessorium iudicium intentando proposuit ab eisdem violenciam Burgensi ecclesie fuisse illatam, restitutionem portionis unius canonici petens a quolibet predictorum, postulans nichilominus, ut expellerentur a monasterio memorato utpote violenter intrusi et propter inhobediencie vicium pena canonica punirentur. Econtra predicti canonici prorsus inficiantes se aliquam Burgensi ecclesie violenciam intulisse aut extitisse inobedientes [eidem][e] aliquatenus vel rebelles dixerunt, quod, cum essent canonici regulares, nichil penitus possidere poterant vel agere seu etiam respondere absque sui prioris licencia et mandato. Adiecerunt insuper, quod, cum divise non essent in prefata sancti Iohannis ecclesia portiones, ipsi, cum nichil certum penitus possiderent, etiam si essent clerici seculares, ad restituendam aliquam portionem non poterant condempnari nec a prefata ecclesia supradicta occasione depelli. Iudices vero utriusque partis attestationibus et allegationibus diligenter inspectis in tribus primis capitulis, super[f] quibus fuerat possessorium intentatum, antefatos quinque canonicos absolverunt, condempnantes eosdem ad canonicam obedienciam Burgensi episcopo exhibendam. A qua sentencia cum Burgensis episcopus[6] appellasset, nos venerabili fratri nostro .. Oscensi episcopo[7] et dilectis filiis Tirasonensi decano[8] et .. preposito Iaccensi[9] dedimus in mandatis, ut in appellationis causa legitime procedentes eandem sentenciam, sicud iustum esset, confirmare vel infirmare curarent. Qui utriusque partis confessionibus

---

62. [a]) *Längs des Briefes am Rande auf fol. 16r und im ersten Drittel von fol 16v ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b]) *Bosquet:* .. Episcopo. [c]) *Bosquet:* ... Archidiacon. [d]) *Fehlt bei Bosquet.* [e]) *So bei Bosquet und Migne.* [f]) *Bosquet:* supra.

62. [1]) S. Br. 57 Anm. 1 und 59 Anm. 18 und Br. 60 S. 100 Z. 10.

[2]) San Juan de Ortega, nach dem Gründer († 1163) des Hospitals und der Kirche im Oca-Gebirge (Mun. Barrios de Colina, Prov. Burgos) benannt. Vgl. *DHEE* III 1646; Berger, *Iberia Pontificia: Burgos*, 178–182.

[3]) Ardericus, B. von Palencia (Suffr. von Toledo) 1183–1208. Vgl. Ubieto Arteta, *Listas*, II 288.

[4]) Als Archidiakone von Palencia sind zwischen 1206 und 1212 Jordanus, Sancius und Girardus bezeugt. Vgl. Abajo Martín, *Documentación*, 238, Nr. 120; Nr. 128, S. 252; Nr. 129, S. 253; Nr. 130, S. 255.

[5]) Alvarus, als Thesaurar von Palencia bezeugt 1212 (vgl. Abajo Martín, *Documentación*, Nr. 130, S. 255), vielleicht identisch mit dem 1206, 1211 und 1212 bezeugten Sacrista Alvarus (Corral) (vgl. *ebd.* Nr. 120, S. 239; Nr. 128, S. 252; Nr. 129, S. 253).

[6]) S. Br. XIII 58 Anm. 1.

[7]) García de Gudal, B. von Huesca (Suffr. von Tarragona) 1201–1236 (resigniert), gest. 1240. Vgl. *DHEE* II 1109; Durán Gudiol, *García de Gudal*; Ubieto Arteta, *Listas*, I 171.

[8]) Domdekan von Tarazona (Suffr. von Tarragona).

[9]) Dompropst von Jaca (Suffr. von Pamplona). 1217 ist Ramón de Oliván bezeugt. Vgl. Durán Gudiol, *García de Gudal*, 23.

et rationibus intelectis et advertentes supradictas petitiones ex parte Burgensis ecclesie contra prefatos clericos nimis inepte atque[g] inrationabiliter fuisse conceptas, antedictam sententiam confirmarunt, verba in eadem expressa tenori sue sententie annectentes, qui sentencia in scriptis redacta et in eiusdem serie annis incarnationis Dominice annotatis huiusmodi clausulam subiecerunt: ‹‹Preterea de illata Burgensi[h] ecclesie violencia et interdicto a predictis quinque clericis non servato ac expensis a procuratore clericorum de Ortega petitis reservamus nobis licenciam cognoscendi››. Cum autem nuper venerabilis frater noster .. Burgensis episcopus et .. supradictorum clericorum procurator in nostra presencia super premissis aliquamdiu litigassent, nos utrimque propositis intelectis sentenciam ultimorum iudicum in eo duximus sentencialiter confirmandam, in quo supradictorum iudicum dinoscuntur sentenciam confirmasse; in eo[i] vero[i], quod iam lata sentencia sibi licenciam cognoscendi super quibusdam articulis reservarunt, dictum eorum decrevimus irritum et inane.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus supradictam sententiam auctoritate apostolica confirmatam faciatis per censuram ecclesiasticam appellatione remota inviolabiliter observari. Quia vero super libera administratione monasterii memorati et rebus eiusdem, quibus Burgensem ecclesiam dicebat episcopus spoliatam, et super fructibus et rebus aliis, quas canonici ab eodem episcopo repetebant, lis coram nobis fuit sollempniter contestata, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus recipiatis testes, quos utraque pars duxerit producendos, et causam ipsam, si de parcium voluntate processerit, sublato appellationis obstaculo fine debito terminetis facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Alioquin eandem ad nos remitatis sufficienter instructam prefigentes partibus terminum conpetentem, quo nostro se conspectui representent sententiam dante Domino recepture. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore substraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere; nullis litteris obstantibus preter assensum parcium a sede apostolica impetratis.

Quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum et cetera.

Datum Rome apud sanctum Petrum, IIII Kal. Maii, pontificatus nostri anno XIII[o].

63.

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Berengar) von Narbonne und dessen Suffraganen (und den Erzbischöfen [Ramón] von Tarragona und [Hubert] von Mailand und deren Suffraganen), Durandus von Huesca, Wilhelm von Saint-Antonin und deren Gefährten, die in die Einheit der Kirche zurückgekehrt sind, wohlwollend zu behandeln und zu verhindern, dass sie und jene, die sie unterstützen, behelligt werden.

Lateran, 1210 Mai 12.

---

[g]) *Bosquet, Migne:* ac. [h]) *Am rechten Rand ein schräger und ein senkrechter Strich.* [i–i]) *Durch Zeichen umgestellt aus:* vero eo.

Reg. Vat. 8, fol. 16^{v}–17^{r} <Nr. 62 bzw. 63>.

Bosquet 57, Nr. 63 = Baluze II 440, Nr. 63 = Migne, PL, 216, 256, Nr. 63; Mansilla, Documentación, 462, Nr. 434. — Potth. Reg. 3999, 3999; Bréquigny, Table chronologique, IV 480; Alvira Cabrer, Pedro el Católico, III 1104, Nr. 1043.*

Archiepiscopo[1)] et suffraganeis[2)] ecclesie Narbonensis.

Cum[a)] talis esse debeat ars eorum, quibus regende anime comituntur, ut non solum a Dominico grege subductas sollicitudine pastorali reducere, verum etiam reductas ad ipsum paterna in eo studeat[b)] mansuetudine confovere, procul dubio nobis et vobis est sollicite providendum, ut dilecti filii Durandus de Osca[3)] et Guill(elm)us de sancto Antonino[4)] cum sociis suis reconciliatis ecclesiastice unitati taliter foveantur in ipso, quod, cum ipsi se letabuntur ibidem invenire favorem sperate dulcedinis, alii eorum inducantur exemplo errorem sue deserere cecitatis. Quapropter fraternitatem vestram monemus attencius et hortamur per apostolica vobis scripta precipiendo[c)] mandantes, quatinus ipsos procedentes[d)] secundum Deum[e)] caritative tractetis[f)] nec[g)] permitatis eos aut illos, qui suum ipsis intuitu caritatis impenderint[h)] beneficium in vestris diocesibus constitutos, huius occasionis pretextu a quoquam temere molestari; contradictores ecclesiastica censura appellatione postposita conpescendo.

Quodsi non omnes et cetera, singuli vestrum in diocesi sua ea nichilominus exequantur.

Datum Laterani[i)], IIII Idus Maii, pontificatus nostri anno XIII°.

In eundem modum scriptum est archiepiscopo[5)] et suffraganeis[6)] ecclesie Terracon(ensis)[j)].

Datum ut in alia per totum.

---

63. [a)] *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich und:* De rev(er)s(is) ad fid(em)*; auf fol. 17^{r} rechts oben am Rande drei Punkte und ein Strich.* [b)] *Migne:* studeant. [c)] *Bosquet:* praecipimus. [d)] *Bosquet:* praecedentes. [e)] *Bosquet:* Dominum. [f)] *Migne:* tractantes. [g)] *Bosquet:* ne*; Migne:* non. [h)] *Bosquet:* impenderunt. [i)] Lat(er)anen. [j)] *Bosquet, Migne:* Tarraconensis.

63. [1)] Berengar, illegitimer Sohn des Grafen Raimund Berengar IV. von Barcelona und Bruder König Alfons' II. von Aragón, EB. von Narbonne (II.) seit 1191, bezeugt bis 1211. Vgl. *Dict. BF* 5 (1951) 1488f.; Graham-Leigh, *Archbishop Berenguer.*

[2)] Suffragane von Narbonne: Agde, Béziers, Carcassonne, Elne, Lodève, Maguelonne, Nîmes, Toulouse, Uzès.

[3)] Durandus von Huesca (Aragón), geb. um 1160, gest. 1224, wandte sich 1207 in Pamiers vom Waldensertum ab und gründete die Gemeinschaft der Katholischen Armen, Verfasser des „Liber Antihaeresis". Zur Anerkennung durch Innocenz III. s. Br. XI 191 (196) vom 18. Dezember 1208, weiters Br. XII 66–69, XV 82, 90–94, 96 (Migne, *PL*, 216, 601f., 607–609). Vgl. *LMA* 3 (1986) 1467f.; *DHEE* II 772f.; Thouzellier, *Catharisme*, 215–232 und ad indicem; Dondaine, *Durand de Huesca*; Papini, *Valdo*, 252–260 und ad indicem; Rouse–Rouse, *Schools*, bes. 93–95.

[4)] Vielleicht aus Saint-Antonin bei Losque, in Rouergue, Dép. Avyron, oder nach der Abtei Saint-Antonin bei Pamiers, Dép. Ariège, benannt. Vgl. Papini, *Valdo*, 206 mit Anm. 201.

[5)] Ramón von Rocabertí, EB. von Tarragona 1199–1215. Vgl. *DHEE* IV 2531; Ubieto Arteta, *Listas*, II 378.

[6)] Suffragane von Tarragona: Calahorra, Gerona, Huesca, Lérida, Pamplona, Tarazona, Tortosa, Urgel, Valencia, Vich, Zaragoza. Vgl. *DHEE* IV 2527.

* In eundem modum scriptum est archiepiscopo Mediolanensi[7] et suffraganeis eius[8]. * fol. 17r

Datum ut in alia per totum.

64.

Innocenz III. bestätigt dem Kollegiatstift Notre-Dame-de-Sales in Bourges ein mit Zustimmung des Erzbischofs (Girardus ?) verfasstes und beschworenes Statut über die Vergabe von Pfründen und die Wahl des Priors.

Lateran, 1210 April 7.

Reg. Vat. 8, fol.17r <Nr. 63 bzw. 64>.

Bosquet 58, Nr. 64 = Baluze II 441, Nr. 64 = Migne, PL, 216, 257, Nr. 64. — Potth. Reg. 3969; Bréquigny, Table chronologique, IV 468.

Priori et capitulo beate Marie de Salis Bituricen(sibus)[1].

Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus favorem benivolum impertiri. Sane, sicud ex tenore vestrarum litterarum accepimus, vos ad dissensionis materiam amputandam, que pro donationibus prebendarum ecclesie vestre sepius emergebat, de assensu venerabilis fratris nostri G(irardi ?)[a], Bituricensis archiepiscopi[2], communiter statuistis, quod, postquam ecclesie vestre prebende ad duodenarium devenerint numerum, qui per ipsum archiepiscopum et vos etiam in vestra est ecclesia institutus, prebendas, que vaccaverint, Bituricensis archiepiscopus, qui pro tempore fuerit, personis, quibus voluerit, secundum Deum conferat et assignet ita, quod is, qui ab eodem fuerit institutus, priori obedienciam faciat et circa eum prior correctionem habeat, quemadmodum circa tales habere hactenus consuevit. In hominibus vero, terris ecclesie ac omnibus aliis prior et capitulum debitam iurisdictionem obtineant[b] hactenus consuetam. Vacante vero Bituricensi ecclesia, si quam in ecclesia vestra prebendam vacare contigerit, illam absque contradictione cuiusquam conferat solus prior. Cedente vero vel decedente priore ipsius ecclesie canonici eius-

---

[7]) Hubert von Pirovano, KD. von S. Angelo 1206, EB. von Mailand und „S. R. E. cardinalis" 1206–1211. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 15f.; *Dizionario della Chiesa ambrosiana* IV 2486–2488; Alberzoni, *Conflitto*, 235–237. S. auch Br. XII 17 zu seinem Umgang mit den rekonzilierten Katholischen Armen.

[8]) Suffragane von Mailand: Acqui und Alessandria, Alba, Asti, Bergamo, Brescia, Cremona, Ivrea, Lodi, Novara, Tortona, Turin, Vercelli.

64. [a]) *Migne:* Guillelmi. [b]) *Bosquet und Migne fügen hinzu:* et.

64. [1]) Kollegiatstift Notre-Dame-de-Sales in Bourges. Vgl. Beaunier–Besse, *Recueil*, V 12. 1208 ist R. als Prior bezeugt. Vgl. *Gallia Christiana* II 124.

[2]) Wahrscheinlich Girard de Cros, EB. von Bourges 1209–1218 (vgl. *Gallia Christiana* II 63–65; *Dict. HGE* 20 [1984] 1475); vielleicht aber auch noch sein Vorgänger Wilhelm von Donjeon, EB. 1200–1209, 1218 heiliggesprochen. Vgl. Steffen, *Der hl. Wilhelm*; *Dict. HGE* 22 (1988) 862f.; *LThK*[3] 10 (2001) 1175.

dem loci liberam eligendi priorem habeant facultatem, et illa in hoc articulo gaudeant libertate, qua alie[c)] ecclesie[c)] in Bituria posite gaudere noscuntur. Hoc etiam constitutum sacrosanctis tactis Evangeliis servaturos vos in perpetuum promisistis. Nos igitur vestris precibus inclinati statutum ipsum, sicut pie ac provide factum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus; salvo in omnibus apostolice sedis mandato.

Nulli ergo et cetera hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, VII Idus Aprilis, anno terciodecimo.

65.

Innocenz III. begrüßt die Absicht des Königs (Waldemar II.) von Dänemark, die Ungläubigen zu bekämpfen, nimmt ihn und sein Reich in den päpstlichen Schutz und mahnt ihn zur Vorsicht.

Lateran, 1210 Mai 7.

Reg. Vat. 8, fol. 17[r] <*Nr.* 64 *bzw.* 65>.

*Bosquet 59, Nr. 65 = Baluze II 441, Nr. 65 = Migne, PL, 216, 258, Nr. 65; Krarup, Bullarium Danicum, 74, Nr. 77; Skyum-Nielsen, Diplomatarium Danicum, I/4 314, Nr. 173; Seibold, Livland, 43, Nr. 15. — Potth. Reg. 3993; Bunge, Liv-, Est- und Curländische Urkunden-Regesten, 6, Nr. 34; Regesta Historiae Danicae II/1/1 36 Nr. 583; BFW **6087; Arbusow, IV. Römischer Arbeitsbericht, 280, Nr. 2; Balladore Pallieri–Vismara, Acta pontificia, 79, Nr. 375.*

Illustri regi Danorum[1)].

Quod orthodoxe fidei zelo succensus ad laudem divini nominis et Christiane religionis honorem[a)] signo crucis assumpto ad reprimendam feritatem incredule nationis regalis exerere decrevisti gladium potestatis[2)], pium devotionis tue propositum in Domino comendamus illudque favoris apostolici gratia prosequentes personam et regnum tuum cum omnibus bonis tuis sub beati Petri et nostra protectione[b)] suscipimus

---

[c–c]) *Bosquet, Migne:* ecclesiae aliae.

65. [a]) *Am Rande:* Rex Dacie [-e *korr. durch Rasur aus* -o(rum)], q(ui) cepit cruce(m), eximit(ur), *wobei statt* -mi- *fünf Schäfte zu sehen sind.* [b]) *Am Rande ein kurzer, schräger Strich.*

65. [1]) Waldemar II. „der Sieger", 1183 Herzog, König von Dänemark 1202–1241, Herzog von Jylland (Jütland), Herr von Nordelbingien. Vgl. *DBL* 25 (1943) 27–31; *LMA* 8 (1997) 1948f.; Wassenhoven, *Skandinavier*, 303–305.

[2]) Bereits im Vorjahr hatte der Papst die Absicht des Königs, einen Missionskrieg zu führen, begrüßt, ihn ermahnt, diesen anzutreten, die Dänen zur Unterstützung und ihre Nachbarn zur Unterlassung von Feindseligkeiten aufgefordert und schließlich den päpstlichen Schutz für das Königreich erneuert. S. Br. XII 103 und 104 vom 31. Oktober 1209, XII 157 vom 30. Januar 1210. Waldemar führte 1210 einen Kriegszug an die Weichselmündung, nach Preußen und Samland. Vgl. Roscher, *Innocenz III.*, 204–207; Szacherska, *Expedition*, 44, 54–58, 75; Gaethke, *Knud VI. und Waldemar*, II 18f.; Fonnesberg-Schmidt, *Popes*, bes. 82, 85f., 90–96, 102f., 105–113.

statuentes[c)], ut, quandiu vacaveris operibus[d)] huiusmodi pietatis, integra maneant et a cuiuslibet temeritatis incursu quieta consistant. Verum tuam regalem prudenciam commonemus, ut ita provide tibi et tuis caveas undecumque, ne — quod absit — sub nostre protectionis pretextu quamlibet te contingat sustinere iacturam[3)].

Datum Laterani, Non. Maii, pontificatus nostri anno XIII°.

66.

Innocenz III. ermahnt die Königin (Ingeborg) von Frankreich, ihre Bedrückungen willig und geduldig zu ertragen, und versichert sie der göttlichen Gnade und der päpstlichen Gunst.

(Lateran, 1210 Mai ca. 7).

Reg. Vat. 8, fol. 17r <Nr. 65 bzw. 66>.

Dumay 4, Nr. 3; Bosquet 59, Nr. 66 = Baluze II 441, Nr. 66 = Migne, PL, 216, 258, Nr. 66; Skyum-Nielsen, Diplomatarium Danicum, I/4 316, Nr. 174. — Potth. Reg. 3994; Bréquigny, Table chronologique, IV 480.

Illustri regine Francorum[1)].

Super[a)] amaritudine, in qua es, paterno tibi conpacientes affectu serenitatem tuam consolando monemus, ut, que alios cum rege consorte tuo[2)] per matrimonialem ipsius copulam accesisti rectura, veneranda regina, tui te regas in iminentis pugne molestia, per quam Deus tuam[b)] voluit[b)] examinare virtutem; sic in omnibus, que adversa videntur et dura, te formans, ut plus ex fortitudine[c)] mentis ea quam ex necessitatis vgl. 4Rg 4, 27

[c)] satuentes. [d)] *Bosquet, Migne:* operi.

[3)] Die Expansionspolitik Waldemars hatte die Gegnerschaft mehrerer norddeutscher Fürsten, die zum Teil auch von Otto IV. gestützt wurden, zur Folge (und Grundlage). Vielleicht bezieht sich die Warnung auch auf die Konflikte um den feindlichen Verwandten des Königs, den vom Papst als Bischof von Schleswig abgesetzten, vom Bremer Domkapitel aber zum Erzbischof gewählten Waldemar, der lokale Unterstützung benötigte und fand, auch wenn er sich 1209 temporär dem Papst unterworfen hatte. S. Br. XIII 156 (158) Anm. 7; s. auch Br. XIII 21 Anm. 10; Gaethke, *Knud VI. und Waldemar*, II 9–18.

66. [a)] *Am Rande eine zeigende Hand. Längs des Briefes ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b–b)] *Dumay:* voluit tuam. [c)] *Bosquet, Migne:* formidine.

66. [1)] Ingeborg, 1176–1237/1238, Tochter König Waldemars I. von Dänemark und Schwester der Könige Knut VI. und Waldemar II.; seit August 1193 mit König Philipp II. August von Frankreich verheiratet, aber sofort verstoßen und zeitweise in Étampes festgehalten. Vgl. Br. VI 85, XI 177 (182) Bd. 11 S. 288 Z. 36–S. 289 Z. 3, 24f. Philipp, der 1196–1201 mit Agnes von Meran verheiratet war, erkannte Ingeborg schließlich 1213 als Königin an; gest. 1237/1238. Vgl. Tillmann, *Innocenz III.*, 268–278; Riis, *Mariage*; Foreville, *Innocent III et la France*, 295–305; Conklin, *Ingeborg*; Baldwin, *Vie*.

[2)] Philipp II. August, König von Frankreich 1180–1223.

instancia perferendo non tam pareas, quam super hiis assencias[d] voluntati divine, nec umquam tristis[e] exipiens, quod acciderit contra votum, tributum tuum ylaris[f] non invita persolvas attendens, quod universa, que in miserie huius mundo[g] a quocumque penduntur, quasi quedam necessaria sunt humane vite tributa, quorum immunitatem nemo poterit cum effectu vel petere vel sperare[3]. Quapropter, karissima in Christo filia, de tua te consolare fortuna et animum induendo virilem ab ipsius constancia non recedas, ut quasi de proprio fato[h] conquesta illud tibi gemas accidere, quod multis indignioribus non videris evenire. Cum enim sine adversario[i] virtus marceat[4], que quanta sit aut quid valeat, tunc apparet, cum illam paciencia manifestat. In exagerationem doloris nequaquam est pervertendum, quod verius potest ad consolationis materiam imputari. Pater quippe celestis carnalium more parentum non educancium filios in deliciis, quos intendunt ad virtutem conponere, te per hec voluit experiri et sibi non tamquam delicatam sed sicud electam filiam preparare. Qua de re periculosius reputans, quod in reprobis alitur audacia per licenciam, quam quod virtus per disciplinam proficit in electis, pacienciam tuam feras humiliter exerceri et, quia pacientibus pacienter passio non est pati, sic equanimiter sustineas universa, quod
vgl. Prv 21, 1 ille, in cuius manu cor regis est et, quocumque voluerit, vertet illud, humilitatis tue merito[j] provocatus non solum adversitatis causa[k] submota consiliando[l] tibi animum viri tui tuam remuneret pacienciam, verum etiam gratia sui[m], qui verus sponsus est fidelium animarum, expectationis tue angustiam reconpenset[n], secura de nobis, quod, in quibus opportuerit et decuerit, nequaquam tibi[o] suffragium favoris apostolici subtrahemus.

Datum ut in alia per totum[5].

67.

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Gottfried) von York auf, den König Johann von England ermahnen und dazu bewegen zu lassen, die dem Erzbistum York entzogenen Güter zurückzustellen und Entschädigung zu leisten; andernfalls soll er, ungeachtet entsprechender päpstlicher Mandate an Delegaten und ohne Behinderung durch eine Appellation, selbst gemäß seinen Amtspflichten gegenüber der Kirchenprovinz verfahren.

Lateran, 1210 Mai 6.

Reg. Vat. 8, fol. 17r–v <Nr. 66 bzw. 67>.

Bosquet 60, Nr. 67 = Baluze II 442, Nr. 67 = Migne, PL, 216, 259, Nr. 67. — Potth. Reg. 3992; Cheney, Calendar, 867.

---

[d]) *Am Rande:* Consolutoria *[!]* v(er)ba ad regina(m) Fra(n)cor(um) dimissa(m) p(er) rege(m). [e]) *Dumay:* tristius. [f]) *Dumay:* hilarius. [g]) mondo. [h]) f(a)c(t)o*; so auch Dumay;* fato *bei Bosquet und Migne.* [i]) *Am Rande ein kurzer, schräger Strich.* [j]) -it- *vielleicht korr.* [k]) *Bosquet:* cause. [l]) *Dumay, Bosquet, Migne:* conciliando. [m]) *Migne fügt hinzu:* spiritus. [n]) *Dumay:* compenset. [o]) *Fehlt bei Dumay.*

[3]) Vgl. Seneca, Ad Lucilium ep. XCVI, 2 (Ed. Gummere, III 104, 106).

[4]) Vgl. Seneca, De providentia, II, 4 (Ed. Basore, I 8); Walther, *Proverbia*, VIII 373, Nr. 38128.

[5]) Der Brief wurde sehr wahrscheinlich von einem dänischen Gesandten für die Schwester seines Königs impetriert.

Eboracensi archiepiscopo[1)].

Domus[a)] Domini comedit[b)] nos tunc zelus et igne[c)] illo succendimur vehementer, quem filius hominis mittens in terris voluit, ut arderet, cum hii contra ecclesiasticam libertatem insurgunt, qui, * si se recolerent, ut deberent, a Domino suscepisse ad malefactorum vindictam gladii potestatem, illam deberent pro viribus defensare, ut passeres, spirituales vid(elicet)[d)], nidificarent in eos velud in cedros Libani plantatos a Domino et turtur nidum, ubi suos pullos reponeret, inveniret. Sane gravis ex parte tua nobis est oblata querela, quod, cum Ioh(ann)es[e)], rex Anglie[2)], ab ecclesiis et domibus elemosinariis Eboracensis provincie terciam decimam disposuisset recipere, tu id presenciens pro ecclesiastica libertate tuenda sedem apostolicam appellasti[3)] te ac tua et universos eiusdem provincie clericos nostre protectioni supponens[f)]. Verum rex ipse a proposito, quod preconceperat, non recedens non solum [de][g)] demanio tuo et a te tenentibus sed etiam a religiosis et plerisque clericis Eboracensis provincie terciam decimam proventuum eorundem extorsit contra ecclesiasticam libertatem. Cumque tu hec ferre non prevalens recessisses de partibus Anglican(is) ad nostram presenciam accessurus, idem rex te ac tuos temporalibus[h)] mobilibus et immobilibus spolians iurisdictionem[i)] tuam circa spiritualia multipliciter iuxta sue voluntatis arbitrium impedivit[j)] et possessiones et nemora tua in grave preiudicium Eboracensis ecclesie distrahi faciens[4)] in plurimis aliis tibi et tuis iniuriosus extitit admodum et molestus[5)].

Cum igitur tantam Dei et ecclesie sue iniuriam non tantum[k)] propter dispendium temporalium quantum propter periculum animarum nequeamus conniventibus oculis pertransire, qui, si necessitas id exposceret, pro tuenda ecclesiastica libertate non dubitaremus exponere nosmet ipsos, licet super hoc venerabilibus fratribus nostris

vgl. Ps 68, 10; Io 2, 17
vgl. Lc 12, 49
* fol. 17v
vgl. 1Pt 2, 14
vgl. Ps 103, 16f.; Ier 22, 23
vgl. Ps 83, 4

---

67. a) *Auf fol. 17r längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* b) *Bosquet:* concedit. c) ille *durchgestrichen,* igne *mit Verweiszeichen am linken Rand mit derselben Tinte wie die Durchstreichung und das Verweiszeichen von anderer, vielleicht späterer Hand.* d) *Vielleicht irrig* nid-. *Bosquet, Migne:* videlicet. e) *Bosquet:* Ioannes. f) -u- *korr., vielleicht aus* -a-. g) *So Bosquet und Migne. S. auch Br. XI 83 (87) Bd. 11 S. 119 Z. 21.* h) t(em)p(o)rabilib(us). *So auch Bosquet. Die Emendation bereits bei Baluze und Migne. S. auch Br. XI 83 (87) Bd. 11 S. 120 Z. 2f. und unten Z. 21.* i) iurid(i)c(ti)onem. j) impendu(n)t; impediuit *bei Bosquet; so auch Migne.* k) *Davor ein dicker, senkrechter Tintenstrich, vielleicht zur Tilgung eines Buchstabens oder Schaftes.*

67. 1) S. Br. XIII 52 Anm. 3.

2) Johann, König von England 1199–1216.

3) S. Br. XIII 49 Anm. 6.

4) Vgl. Hardy, *Rotuli chartarum*, 184a, zur Rechnungslegung Roberts de Vipont Ende 1208 über die Einkünfte aus dem Erzbistum York und dem Bistum Durham, die er innegehabt hatte, gegenüber dem König. S. auch Br. X 172 Bd. 10 S. 284 Z. 18–23.

5) EB. Gottfried hatte die dem englischen Klerus im Februar 1207 auf dem Hoftag in Oxford unter Androhung der Konfiskation abgeforderte Abgabe eines Dreizehntels der Einkünfte verweigert, worauf der König die Temporalien des Erzbistums konfiszieren ließ und der Erzbischof ins Exil ging. Vgl. Fragmentary Chronicle (*RBS* 73/2) LVII–LXI; Hardy, *Rotuli litterarum patentium*, 72b; Powicke–Cheney, *Councils and Synods*, II/1 5–7; Lovatt, *EEA XXVII: York 1189–1212*, LVIf., 125; Mitchell, *Studies*, 84–92; Cheney, *Innocent III and England*, 296f., 314. S. Br. XI 83 (87) Bd. 11 S. 119 Z. 14–S. 120 Z. 7.

..[l] Heliensi[6], Vigorniensi[m, 7] et .. Herofordensi[n, 8] et postmodum Londoniensi[9] et .. Roffensi[10] episcopis et dilecto filio .. decano Lincolniensi[11] litteras nostras duxerimus destinandas[12], nichilominus tamen fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus regem eundem moneri facias efficaciter et prudenter induci, ut sue saluti consulens et honori tam tibi quam ecclesiis et aliis ad te spectantibus ablata restituat universa et de dampnis et iniuriis irrogatis satisfaciat competenter. Alioquin predictis litteris non obstantibus, per quas nondum extitit plene in negocio ipso processum, tu propter hoc officii tui debitum in Eboracensem[o] provinciam[o] exequaris[13], quod per appellationis obiectum nolumus impediri.

Datum Laterani, II Non. Maii, anno XIII°.

68.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Haimo) von Soissons, dem Abt (Radulf) von Saint-Jean-des-Vignes und dem Domdekan (Guido) von Soissons, im Fall des Kanonikers Barth., dem kraft päpstlicher Autorität eine Pfründe in der Kirche von Cassel übertragen wurde, alles zu kassieren, was aufgrund erschlichener päpstlicher Briefe von delegierten Richtern verfügt wurde, dafür zu sorgen, dass Barth. im Besitz seiner Pfründe nicht behelligt und er für erlittene Schäden entschädigt werde, wozu der Propst von Cassel und etwaige andere Gegner mit kirchlichen Strafen gezwungen werden sollen.

Lateran, 1210 April 24.

Reg. Vat. 8, fol. 17°–18° <Nr. 67 bzw. 68>.

Bosquet 61, Nr. 68 = Baluze II 442, Nr. 68 = Migne, PL, 216, 260, Nr. 68. — Potth. Reg. 3982; Bréquigny, Table chronologique, IV 478.

---

[l] *Fehlt bei Bosquet.* [m] *Bosquet:* .. Vuigornien., *Migne:* Wigorniensi. [n] *Migne:* Herefordensi. [o–o] Eboracen(sem) p(ro)vincia(m). *Bosquet:* Eboracen. Prouincia*; so auch Migne.*

[6] Eustach, B. von Ely (Suffr. von Canterbury) 1197/1198–1215. Vgl. Le Neve–Greenway, *Fasti*, II 45; Cheney, *Innocent III and England*, 28, 299f. und passim; *ODNB* 18 (2004) 650f.; Karn, *EEA XLII: Ely 1198–1256*, XXXVIII–XLVI.

[7] Mauger, B. von Worcester (Suffr. von Canterbury) 1199/1200–1212. Vgl. Le Neve–Greenway, *Fasti*, II 100; Cheney–Smith–Brooke–Hoskin, *EEA XXXIV: Worcester 1186–1218*, XXXIV –XXXVII; *ODNB* 37 (2004) 414f.

[8] Aegidius (von Braose), B. von Hereford (Suffr. von Canterbury) 1200–1215. Vgl. Le Neve–Barrow, *Fasti*, VIII 5; Barrow, *EEA VII: Hereford 1079–1234*, XLVf., 317–319.

[9] Wilhelm von Sainte-Mère-Église, B. von London (Suffr. von Canterbury) 1198–1221, gest. 1224. Vgl. Le Neve–Greenway, *Fasti*, I 2; Turner, *Men*, 20–34.

[10] Gilbert von Glanville, B. von Rochester (Suffr. von Canterbury) 1185–1214. Vgl. Le Neve–Greenway, *Fasti*, II 76; Flight, *Rochester*, 240.

[11] Magister Roger von Rolleston, Domdekan von Lincoln ca. 1195–1223. Vgl. Le Neve–Greenway, *Fasti*, III 9f.; Smith, *EEA IV: Lincoln 1186–1206*, 235 (Index); Smith, *Acta of Hugh of Wells*, 243 (Index).

[12] Br. X 172 vom 18. Dezember 1207 und Br. XI 83 (87) vom 27. Mai 1208.

[13] Gemeint ist vermutlich die Verhängung des Interdikts über die Kirchenprovinz, mit der die früheren Delegaten beauftragt worden waren. S. Br. X 172 Bd. 10 S. 285 Z. 13–15, Br. XI 83 (87) Bd. 11 S. 120 Z. 19–23. Vgl. Cheney, *Innocent III and England*, 297.

Episcopo[a, 1)]**, abbati sancti Iohannis in Vineis**[2)] **et decano**[3)]**, Suessionen(sibus)**[b)]**.**

Dilectus filius Barth., canonicus Casletensis[4)], in nostra proposuit presencia constitutus, quod, cum prepositus Casletensis, Morinensis diocesis, qui filiis, nepotibus et cognatis ecclesie sue conferre prebendas[c)] quasi iure hereditario consuevit[5)], prebendam filii[d)] sui defuncti a sua nolens cognatione disiungi eam .. nato .. filie sue tunc lactenti dedisset, nos venerabili fratri nostro Siluanectensi[e)] episcopo[6)] et coniudicibus suis dedimus in mandatis, ut prebendam eandem utpote de iure vacantem apostolica sibi auctoritate conferrent, ad quorum impediendum processum dictus prepositus et quidam de canonicis ipsi animo et parentela coniuncti frustratorie nostram audienciam appellantes[7)] appellationem emissam procequi[f)] non curarunt, excepto quod unus eorum, R. videlicet pueri dicti pater, tandem ad presenciam nostram accedens coram bone memorie Matheo, sancti Theodori diacono cardinali[g, 8)], a nobis sibi auditore concesso, ad hoc se asseruit non venisse. Quare dicto preposito et capitulo Casleten(sibus) per scripta nostra mandavimus, ut eidem prescriptam prebendam sine dificultate conferrent, dilectos filios abbatem[h)] sancti Auberti Cameracen(sis)[9)] et collegas ipsius exequtores sibi nichilominus concedentes. In quorum presencia pars adversa conparens litteras quasdam exhibuit continentes, quod prebendam preposito confirmaveramus eandem, sicut ipsam iuste et[i)] pacifice possidebat, per quas ipsum ab intentione sua excludere nitebatur. Verum iudices attendentes confirmationem huiusmodi non valere, cum prebendam illam prepositus possidere non posset[10)], et procedentes in nostri executione mandati in corporalem possessionem prebende ipsum inducere curaverunt. Propter quod pars adversa vocem ad nos appellationis iterato emisit, quam sicud et primam prosequi[j)] non curavit. Cumque occasione illius possessionem ipsius canonici per annum et amplius multipliciter perturbasset, idem

---

68. [a)] *Bei Bosquet und Migne folgt:* et. [b)] *Außerhalb des Schriftspiegels.* [c)] *Migne:* praebendam. [d)] *Bosquet, Migne:* … filii. [e)] *Bosquet:* … Siluanectensi. [f)] *Bosquet, Migne:* persequi. [g)] cardinalis. [h)] *Bosquet:* … Abbatem. [i)] *Bosquet, Migne:* ac. [j)] *Bosquet, Migne:* persequi.

68. [1)] Haimo von Provins, Domkantor von Reims 1196–1207, B. von Soissons (Suffr. von Reims) 1208–1218, gest. 1219 in Saint-Jean-des-Vignes. Vgl. Desportes, *Fasti III: Reims*, 317; Newman, *Seigneurs de Nesle*, I 100.

[2)] Radulf von Chézy, Abt von Saint-Jean-des-Vignes (Augustiner-Chorherrenabtei in Soissons) (1197?) 1201–1234/1235. Vgl. Bonde–Maines, *Saint-Jean-des-Vignes*, 341–345 und ad indicem.

[3)] Guido Brochet, als Domdekan von Soissons bezeugt 1205–1226/1227, als Archidiakon 1202 und 1204, Bruder des Abtes Radulf. Vgl. *Gallia Christiana* IX 387f.; Newman, *Seigneurs de Nesle*, I 118f., Nr. 23; *Chartrier Saint-Yved* 207, Nr. 60.

[4)] Kollegiatkapitel Notre-Dame in Cassel, Diöz. Thérouanne, Arr. Hazebrouck, Dép. Nord. Vgl. Longnon, *Pouillés Reims*, 783 (Index). Vgl. auch Pruvost, *Chronique*, I 186–188.

[5)] Conc. Lat. II, c. 16 (*COD*[3] 201) = *Decretum Gratiani* C. 8 q. 1 c. 7; s. auch ebd. p. c. 7 (Friedberg, *CorpIC*, I 591f.).

[6)] S. Br. XIII 1 Anm. 1.

[7)] Vgl. Digesten 22. 1. 41 (Ed. Mommsen 288).

[8)] Matthäus, KD. von S. Teodoro 1200–1205. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 137.

[9)] Vielleicht Hugo, als Abt von Saint-Aubert (Augustiner-Chorherrenstift, Diöz. Cambrai, Dép. Nord) bezeugt 1204; oder der Nachfolger Bartholomäus, bezeugt 1206–1220. Vgl. *Gallia Christiana* III 155; Le Glay, *Cameracum Christianum*, 262.

[10)] Zur administrativ-rechtlichen Grundlage dieser Feststellung vgl. Hageneder, *Reskripttechnik*, 183–185.

ad abbatem[k] sancti Nichasii[l] Remen(sis)[11] et coniudices suos nostras litteras impetravit. Qui ex capituli relatione comperto, quod sibi periculosum existeret in ecclesia residere, ipsi fecerunt securitatem prestari firmatam prestito iuramento. Qua recepta cum crederet se securum prepositus et complices eius in .. fratrem ipsius in ecclesia coram altari astantem in die Cene Domini manus sacrilegas iniecerunt[12] et tumultu exorto auxilio canonicorum et presbiterorum astancium vix manus ipsorum effugere potuerunt. Ceterum cum coram dicto abbate sancti Nichasii[m] suisque collegis[n] super hoc prosequeretur[o] ius suum, idem prepositus ad .. abbatem de Bergis[13] et coniudices suos nulla de ipso vel negocio memorato habita mentione nostras litteras impetravit[14]. Quos idem canonicus habens certa ratione suspectos utpote quorum
* fol. 18r unus preposito erat affinis et alter in eadem causa ipsius extiterat advocatus * eumque ad loca suspecta vocantes frequenter precipitabant sententiam excommunicationis in eum per contumaciam non absentem et predictum prepositum a prefatis iudicibus excommunicatum pro [eo][p] iusticia exigente absolverant[q], licet standi mandatis eorum cautionem iuratoriam prestitisset, et nolebant supercedere[r] negocio ad mandatum ipsorum, cum super hoc nullam iurisdictionem haberent[s], ad nostram duxit audienciam appellandum.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus, si est ita, revocato in irritum, quicquid occasione litterarum illarum, que per veritatem tacitam fuerant impetrate, ab eisdem iudicibus in eius preiudicium inveneritis attemptatum, memoratum canonicum faciatis [eiusdem][t] prebende auctoritate nostra pacifica possessione gaudere ac de dampnis et iniuriis irrogatis eidem satisfactionem debitam exhiberi, tam prefatum prepositum quam contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo compescentes; non obstantibus aliquibus litteris, que de hiis omnibus non faciant mentionem et in quibus non contineatur insertum, quod de nostra certa sciencia emanarint. Testes autem et cetera.

Quodsi non omnes et cetera, tu, frater episcope, et cetera.

Datum Laterani, VIII Kal. Maii, anno terciodecimo.

---

[k]) *Bosquet:* ... Abbatem. [l]) *Bosquet, Migne:* Nicasii. [m]) *Bosquet, Migne:* Nicasii. [n]) colegiis; collegis *bei Bosquet und Migne.* [o]) *Bosquet:* persequeretur. [p]) *So Bosquet und Migne.* [q]) *Bosquet:* absoluerent. [r]) *Bosquet, Migne:* supersedere. [s]) *Bosquet, Migne:* habebant. [t]) *So Bosquet und Migne.*

[11]) Drogo, Abt von Saint-Nicaise (Ben.-Abtei in Reims) 1197–1221. Vgl. *Gallia Christiana* IX 213f.; Cossé-Durlin, *Cartulaire Saint-Nicaise*, 45 und ad indicem.

[12]) S. Br. XIII 11 Anm. 27.

[13]) Ingelmarus, Abt von Sint-Winoksbergen (Bergues-Saint-Winoc) (Ben.-Abtei, Diöz. Thérouanne, Arr. Dunkerque, Dép. Nord) 1200–1224/1227. Vgl. *Dict. HGE* 8 (1935) 484; Prevenier, *Oorkonden*, II 635, Anm. 3.

[14]) Vgl. die Dekretalen Alexanders III. *JL* 13878, 14156, 14317 = Comp. I 1. 21. 3; 1. 2. 3; 1. 2. 2 = X 1. 29. 2; 1. 3. 3; 1. 3. 2 (Friedberg, *CorpIC*, II 158, 17).

69.

Innocenz III. bestätigt der Abtei Oña, aus Anlass des an der Kurie geführten Prozesses mit dem Bischof Gar(cía) von Burgos, einen Vergleich zwischen dem Bischof Victor von Burgos und dem Abt Johannes von Oña über den Tausch von Drittel Zehenten und Zehenten gegen den Ort Revillaruz.

Lateran, 1210 Mai 7.

Reg. Vat. 8, fol. 18r <Nr. 68 bzw. 69>.

Empfängerüberlieferung: Original: Madrid, Archivo Historico Nacional, D. E. de Oña, carp. 281, Nr. 15; Photo: Del Alamo, Colección, I , nach S. 472; vgl. Baumgarten, Miscellanea, I 97, Nr. 8. Bosquet 62, Nr. 69 = Baluze II 443, Nr. 69 = Migne, PL, 216, 262, Nr. 69; Del Alamo, Colección, I 471, Nr. 388; Mansilla, Documentación, 458, Nr. 430. — Potth. Reg. 3995.*

Fratribus monasterii Oniensis[1].

Hiis[a] nos convenit robur apostolicum impertiri, que semel in contentionem deducta iudicio sunt vel concordia terminata, ne sopite querimonie reviviscant et relabantur iterum in recidive scrupulum questionis. Sane cum olim inter ecclesiam vestram et bone memorie Victorem, Burgensem episcopum, super terciis decimarum questio suborta fuisset, tandem inter eos huiusmodi conpositio intercessit, quod videlicet memoratus episcopus de suorum canonicorum assensu concessit et confirmavit Iohanni, tunc Oniensi abbati[2], eiusque catholicis successoribus in perpetuum tercias decimarum in omnibus ecclesiis suis, quas idem abbas eo tempore possidebat, necnon decimas, quas usque tunc in villis de Arenis[3], Sant[4], Tamaio[5], Terminon[6], Ventretea[7], Solas[8] et Pernegas[b, 9] recipere consueverat episcopus memoratus. Prefatus vero abbas cum capituli sui concensu prenominato episcopo et successoribus eius villam Ribillam[10] cum omnibus pertinenciis suis concessit perpetuo possidendam. Cum autem nuper venerabilis frater noster Gar(sias), Burgensis episcopus[11], et Lupus, procurator vester, inter alias questiones utrimque propositas coram nobis

---

69. [a]) *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b]) *Bosquet, Migne:* Pelluegas.

69. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einem Photo des Originals):*

12: Fratribus — Oniensis] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis fratribus monasterii Oniensis salutem et apostolicam benedictionem.

69. [1]) S. Br. XIII 58 Anm. 2.
[2]) S. Br. XIII 59 Anm. 16.
[3]) Arenas de Iguña, bei Torrelavega, C. A. Cantabria. Vgl. Del Alamo, *Colección*, I 262, Anm. 1.
[4]) Sante, Hof, abgekommen, Mun. Oña, P. j. Briviesca, Prov. Burgos, C. A. Castilla y León. Vgl. *ebd.* I 13, Anm. 5.
[5]) Tamajo, abgekommen, Mun. Oña. Vgl. *ebd.* I 13, Anm. 6.
[6]) Terminón, Mun. Oña. Vgl. *ebd.* I 81, Anm. 1.
[7]) Bentretea, Mun. Oña. Vgl. *ebd.* I 14, Anm. 16.
[8]) Salas de Bureba, Mun. Oña. Vgl. *ebd.* I 13, Anm. 14.
[9]) Piérnegas, P. j. Briviesca.
[10]) Revillaruz, P. j., Prov. Burgos. Vgl. Berger, *Iberia Pontificia: Burgos*, 135, Nr. 20; 139, Nr. 29. (Anders Del Alamo, *Colección*, I 18, Anm. 67, II 1013 [Index]: Revilla de Herrán, P. j. Villarcayo, Prov. Burgos.)
[11]) S. Br. XIII 58 Anm. 1.

cepisset[c] super[d] prefatis decimarum terciis litigare, tandem conpositionem prefatam memoratus episcopus recognovit, eandem se velle servare proponens.

Nos igitur vestris precibus inclinati conpositionem iamdictam, sicud pie ac provide facta est et ab utraque parte sponte recepta, ad exemplar bone memorie Alexandri pape, predecessoris nostri[12], auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et cetera. Si quis autem et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, Non. Maii, pontificatus nostri anno XIII°.

70.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Martin) von Zamora, dem Magister Mauritius, Archidiakon von Toledo, und dem Magister Michael, Domkanoniker von Segovia, auf, im Prozess zwischen dem Bischof (García) von Burgos und der Abtei Oña über Pfarrrechte zu untersuchen, ob seitens des Bistums einer früheren Vereinbarung über deren Überlassung an die Abtei zugestimmt wurde, die Zeugenaussagen aber vorerst geheim zu halten, bis sie vom Papst aufgrund ihrer Ergebnisse bei der Untersuchung anderer Streitpunkte weitere Anweisungen erhalten. Dann sollen sie diese Zeugenaussagen gemeinsam mit den gesamten Prozessakten ihm übersenden.

Lateran, 1210 Mai 7.

Reg. Vat. 8, fol. 18r–v <Nr. 69 bzw. 70>.

Empfängerüberlieferung: Original: Madrid, Archivo Historico Nacional, D. E. de Oña, carp. 281, Nr. 14; vgl. Baumgarten, Miscellanea, I 97, Nr. 9.*

Bosquet 63, Nr. 70 = Baluze II 444, Nr. 70 = Migne, PL, 216, 262, Nr. 70; Del Alamo, Colección, I 472, Nr. 389; Mansilla, Documentación, 459, Nr. 431. — Potth. Reg. 3996; de Lera Maíllo, Catálogo, 88, Nr. 260.

---

[c]) *Migne:* coepissent. [d]) *Bosquet:* supra.

7: et cetera] infringere vel ei ausu temerario contraire. 8: et cetera usque] hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit. 9: XIII°] terciodecimo.

[12]) S. Br. XIII 59 Anm. 16.

Episcopo Zamorensi[1] et Mauricio, archidiacono Tholetano[a, 2], et magistro M(ichaeli), canonico Segobiensi[3].

Cum[b] L(upus), procurator monasterii Oniensis[4], proposuisset inter alia coram nobis ad illud in suis ecclesiis ratione cuiusdam transactionis inter ipsum et bone memorie Victorem, Burgensem episcopum[5], olim inite parrochiale ius integre pertinere, ac venerabilis frater noster .. Burgensis episcopus[6], successor ipsius, in eisdem quedam sibi iura parrochialia vendicaret, nos eandem causam sentencie curavimus calculo terminare, prout in aliis litteris vobis[c] directis plenius continetur[7]. Sed cum lata sentencia procurator ipse ad probandum prescriptionem super[d] quibusdam articulis fuisset a nobis per beneficium in integrum restitutionis admissus[8], cepit nobis humiliter supplicare, ut per in integrum restitutionis auxilium eum ad probandum admittere dignaremur, quod Burgensis ecclesia ratum habuit et concensit, ut Oniense monasterium in omnibus ecclesiis, quas tunc temporis possidebat, ius parrochiale in integrum obtineret, sicud per quandam transactionem asserebat sibi fuisse concessum.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus recipiatis testes, quos utralibet pars super[e] predicto ratihabitionis concensu duxerit producendos, et depositiones eorum super[f] iamdicto recipientes articulo, quas per vos nulli penitus volumus revelari, penes vos reservetis fideliter consignatas, donec negocio super ceteris ventilato de ipsius processu per vos redditi fuerimus certiores et per nostre respontionis oraculum, qualiter in ipso procedendum sit, declaretur; cum non hoc ipso, quod testes super dicto capitulo taliter recipi volumus ad cautelam, intendamus adhuc in integrum restitutionis auxilium monasterio indulgere. Volumus etiam et mandamus, quod, si causam eandem ad nostrum remiseritis examen instructam, attestationes huiusmodi simul ad nos cum aliis remitatis.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera.

Datum Laterani[g], * Non. Maii, pontificatus nostri anno terciodecimo. * fol. 18v

---

70. [a]) *Bosquet, Migne:* Toletano. [b]) *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [c]) *Bosquet, Migne:* ad vos*; s. die Empfängerüberlieferung.* [d]) *Bosquet:* supra. [e]) *Bosquet:* supra. [f]) *Bosquet:* supra. [g]) Lateranen.

70. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einem Photo des Originals):*

1f.: Episcopo — Segobiensi] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. episcopo Zamorensi et dilectis filiis Mauricio, archidiacono Toletano, et magistro M(ichaeli), canonico Segobiensi, salutem et apostolicam benedictionem. 8: vobis] ad vos*; s. Anm. c.* 26: et cetera] hiis exequendis potueritis interesse. 26: et cetera] ea nichilominus exequantur.

70. [1]) S. Br. XIII 57 Anm. 1.
[2]) S. Br. XIII 59 Anm. 18.
[3]) S. Br. XIII 60 S. 100 Z. 10.
[4]) S. Br. XIII 58 Anm. 2 und XIII 69 S. 117 Z. 26.
[5]) S. Br. XIII 59 Anm. 16.
[6]) S. Br. XIII 58 Anm. 1.
[7]) Br. XIII 59.
[8]) Br. XIII 60.

71.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Manasses) von Orléans und den Äbten (Hamericus) von L'Aumône und (Girardus) von Bonneval auf, die von ihnen im Zuge ihrer Visitation der Abtei Saint-Avit suspendierte und exkommunizierte Äbtissin (Bertha ?) abzusetzen, angemessen zu versorgen und eine Neuwahl zu veranlassen.

Lateran, 1210 Mai 3.

Reg. Vat. 8, fol. 18ᵛ <Nr. 70 bzw. 71>.

Dumay 8, Nr. 4; Bosquet 64, Nr. 71 = Baluze II 444, Nr. 71 = Migne, PL, 216, 263, Nr. 71. — Potth. Reg. 3991; Bréquigny, Table chronologique, IV 480.

Aurelianensi episcopo[1] **et .. Helmosin(e)**[a] **Cistercen(sis)**[2] **et ..**[b] **Boneuall(is)**[3] **abbatibus**[c].

Cum post alia, circa que super correctione monasterii sancti Auiti[4] de mandato nostro provide processistis, abbatissam eiusdem loci[5], prout erat exigente iusticia faciendum, ab aministratione suspensam excommunicationis quoque vinculo curaveritis innodare, ad depositionem ipsius, quamvis expedire plurimum videretis, propter appellationem, que ab ipsa dicitur[d] interposita, sine connivencia nostra, sicut accepimus, procedere dubitastis. Quia igitur inteleximus abbatissam predictam a monasterio ipso merito amovendam eaque ibi presidente vel residente statum prefati monasterii commode reformari non posse, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem ab ipso prorsus amote, iuxta quod ordini et statui suo congruit, auctoritate nostra [sublato][e] appellationis obstaculo provideri alibi facientes, iniungatis sororibus monasterii supradicti, ut per regularem electionem sibi preficiant personam ydoneam in rectricem.

Quodsi non omnes et cetera, tu, frater episcope et cetera.

Datum Laterani, V Non. Maii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

72.

Innocenz III. spricht dem R. von Avalon, Domzellerar von Sens, in dessen Prozess gegen den Bischof Herveus von Troyes die halbe Domkanonikerpfründe in Troyes, die ihm der Kardinallegat Erzbischof G(uido) von Reims verliehen hat, nachdem R. zu-

---

71. [a]) *Bosquet:* Elemosin.*; Migne:* Eleemosynae*; Dumay:* Helemosinario *(!).* [b]) *Fehlt bei Bosquet.* [c]) *Dumay:* abbati. [d]) *Dumay:* videtur. [e]) *So Dumay, Bosquet und Migne.*

71. [1]) Manasses (II.) von Seignelay, B. von Orléans (Suffr. von Sens) 1207–1221. Vgl. *Gallia Christiana* VIII 1458–1462; Bouchard, *Structure*; Baldwin, *Government*, 439 und ad indicem.

[2]) Hamericus, als Abt von L'Aumône (le Petit-Cîteaux) (Zist.-Abtei, Diöz. Chartres, Arr. Blois, Dép. Loir-et-Cher) bezeugt 1206–1222. Vgl. *Gallia Christiana* VIII 1398; *Dict. HGE* 6 (1931) 681.

[3]) Girardus (I.), als Abt von Bonneval (Ben.-Abtei, Diöz. Chartres, Arr. Châteaudun, Dép. Eure-et-Loir) bezeugt 1202–1242. Vgl. *Gallia Christiana* VIII 1244; *Dict. HGE* 9 (1937) 1063.

[4]) Benediktinerinnen-Abtei Saint-Avit de Châteaudun (Diöz. Chartres).

[5]) Vielleicht Bertha, als Äbtissin von Saint-Avit bezeugt 1207; danach erst wieder Alais, bezeugt 1214–1218. Vgl. *Gallia Christiana* VIII 1293.

gunsten von dessen Neffen G. freiwillig auf seine dortige Pfründe verzichtet hatte, ab, wobei aber das Recht des G. an der anderen Hälfte nicht beeinträchtigt werden soll.
Rom, St. Peter, 1210 April 30[1].

Reg. Vat. 8, fol. 18^{v}–19^{r} <Nr. 71 bzw. 72>.
Bosquet 64, Nr. 72 = Baluze II 444, Nr. 72 = Migne, PL, 216, 264, Nr. 72. — Comp. IV 3. 2. 1; Coll. Fuld. 3. 5. 15; Coll. Prag. 9; Coll. Pal. I 7; Coll. Abrincen. II 19; X 3. 5. 25. — Potth. Reg. 3989; Bréquigny, Table chronologique, IV 479.

Herueo, Trecensi episcopo[2].

Dilecto[a] filio nostro P(etro), tituli sancte Pudenciane presbitero cardinale[3], dilectis filiis R. de Aualon, cellarario Senonensi[4], et R. de Noa clerico, procuratori tuo, auditore concesso, idem cellararius proposuit coram eo, quod, cum bone memorie G(uido)[b], Remensis archiepiscopus, tunc apostolice sedis legatus[5], ad Trecensem accessisset ecclesiam, in qua G. nepoti suo prebendam concedere intendebat, cum nulla penitus vaccaret ibidem, dictus cellararius[c] non tam ei quam nobis eciam cupiens in hac parte placere, prebendam, quam in ipsa obtinebat ecclesia, in eius manibus resignavit. Qui liberalitati eius volens postmodum grata vicissitudine respondere, de capituli Trecensis assensu presente quoque venerabili fratre nostro Senonensi archiepiscopo[6] tam prefatum nepotem suum quam etiam cellararium in canonicum[d] Trecensem[d] instituit et ambobus idem capitulum stallum in choro et locum in capitulo assignavit. Quibus idem Remensis archiepiscopus fructus supradicte prebende tamdiu dividendos communiter assignavit, donec prefatus G. integrum esset prebendale stipendium assecutus, in eos, qui contravenire presumerent, excommunicationis sentencia promulgata, quorum receptionem generalis procurator bone memorie predecessoris tui in Constantinopolitanis partibus tunc agentis[7] postmodum approbavit. Unde dictus cellararius in eadem ecclesia lectiones et Evangelium in epdomada sua postea legisse dinoscitur et tam decani quam episcopi electioni et aliorum negociorum tractatibus sicut canonicus Trecensis interfuit et domum quandam per capitulum memoratum obtinuit, que nonnisi canonico consueverat assignari[e]. Tu quoque,

---

72. [a]) *Am Rande:* De preben(dis) *(X 3. 5. 25).* [b]) *Migne:* Guillelmus. [c]) *Bosquet:* Cellalarius. [d–d]) *Migne:* canonicos Trecenses. [e]) *Bosquet:* asservari*; vgl. jedoch Br. XIII 73 S. 125 Z. 13.*

72. [1]) S. Anm. u; nach Bosquet der 1. Mai.
[2]) Herveus, B. von Troyes (Suffr. von Sens) 1207–1223. Vgl. Roserot de Melin, *Troyes*, 425.
[3]) Petrus de Sasso, KP. von S. Pudenziana 1206–1219. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 163f.
[4]) Der Cellerar R. de Avalon von Sens ist nur aus dem vorliegenden Brief bekannt. Vgl. Tabbagh, *Fasti XI: Sens*, 446.
[5]) Guido von Paredo, Abt von Val (Zist.-Abtei, Diöz. Paris) 1189/1190, Abt von Cîteaux und Oberhaupt des Ordens 1193–1200, (K.-)B. von Palestrina 1200, EB. von Reims 1204–1206. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 133f.; ders., *Kardinalskollegium*, 146; Desportes, *Fasti III: Reims*, 154–156.
[6]) Peter (II.) von Corbeil, EB. von Sens 1200–1222, Magister der Theologie und ehemaliger Lehrer Innocenz' III. in Paris. Vgl. *Gallia Christiana* XII 57–60; Bouvier, *Histoire Sens*, II 155–201; Baldwin, *Masters*, I 46, II 36f.; Tabbagh, *Fasti XI: Sens*, 99–104.
[7]) Garnerius von Traînel, B. von Troyes 1193–1205, Teilnehmer am 4. Kreuzzug. Vgl. Roserot de Melin, *Troyes*, 80–82, 424f., Nr. 58; Longnon, *Compagnons*, 13–15.

cum ad eandem accessisti ecclesiam consecratus, dictum cellararium cum canonicis aliis ad osculum recepisti, cum tamen tunc temporis nonnisi canonici ad osculum admitantur, et eidem super[f)] predictis non movisti per biennium questionem. Unde petiit, ut te ab ipsius super hoc molestatione indebita conpescere dignaremur.

Verum dictus R., procurator tuus, proposuit ex adverso, quod, cum idem cellararius prebendam suam in prefati Remensis archiepiscopi manibus resignasset, ipse de medietate illius nepotem suum et de medietate alia dictum cellararium investivit, quam adhuc detinere presumit in tuum preiudicium et gravamen non permittens te libere de ipsa disponere, prout ad te dinoscitur pertinere. Et licet ad dilectos filios decanum[g, 8)] et magistros G(alterum) Cornutum[9)] Parisien(ses) et S. Remensem[10)] canonicos super hoc nostre fuerint littere impetrate, cellararius demum ad nos frustratorie appellavit[11)], ut te posset gravare laboribus et expensis. Idem quoque proposuit procurator, quod, cum in Trecensi ecclesia institutus olim fuerit certus canonicorum numerus et capituli iuramento firmatus supradictus archiepiscopus, qui, etsi legatus fuisset in Teutonia, in Senonensi tamen provincia eidem non fuit officium legationis iniunctum[12)], institutionem huiusmodi facere non potuit ut legatus, quinymo, etsi legatus in eadem provincia extitisset, ad unicum tamen spiritale ius, quod vacabat, ibidem duos insimul canonicos instituere sibi non licuit contra canonicas sanctiones: Nam si duo unicam prebendam haberent, id esset contra Turonense consilium[h)], quod prebendarum inhibet sectionem[13)]. Si vero duobus in canonicos et fratres receptis uni tantummodo prebenda daretur sub expectatione alius, contra Lateranense consilium[i)] remaneret[14)]. Preterea, licet in ecclesia, in qua non est certus numerus prebendarum, nulla etiam prebenda vacante in canonicum quis possit assumi — cum inteligatur ad quoddam ius eligi, quod ex electorum assensu de novo creatur et cum electo in canonicum nascitur et desinit cum defuncto —, in ecclesia tamen, que determinatum habet numerum prebendarum uno dumtaxat individuo iure vacante, duo insimul eligi non possunt ad illud, cum huiusmodi spirituale ius dividi seu communicari nequeat inter

---

[f)] *Bosquet:* supra. [g)] *Bosquet:* … Decanum. [h)] *Bosquet, Migne:* concilium. [i)] *Bosquet, Migne:* concilium.

[8)] Hugo Clementis, Domdekan von Paris 1195–1216, Abt von Saint-Spire in Corbeil, gest. 1217. Vgl. Guérard, *Cartulaire Notre-Dame*, I 57, Nr. 52; 390, Nr. 24; IV 5, Nr. 10; Lebeuf, *Paris*, IV 259; Baldwin, *Masters*, I 7; Baldwin, *Government*, ad indicem; Petersen, *Annatenerhebung*, 242, Anm. 1.

[9)] Magister Galterus Cornutus (Cornu), als Domkanoniker von Paris bezeugt am 16. August 1209 und 1212 (vgl. Poupardin, *Recueil*, II 164, Nr. 376), 1220 zum B. gewählt, aber nicht bestätigt, 1221 als Domdekan von Paris bezeugt, EB. von Sens 1222/1223–1241. Vgl. Tabbagh, *Fasti XI: Sens*, 104–109.

[10)] Domkanoniker von Reims; mit der Initiale S. sind zeitnah bezeugt: Simon von Ludes 1215, Stephanus, 1212–1216, Domdekan von Reims und 1215–1218 Domkanzler von Paris. Vgl. Desportes, *Fasti III: Reims*, 525, Nr. 1481; 528, Nr. 1113.

[11)] S. Br. XIII 68 Anm. 7.

[12)] Guido von Paredo wirkte seit Beginn 1201 als päpstlicher Legat in Deutschland; er erhielt das allgemeine, auf kein Gebiet beschränkte Legatenoffizium. Vgl. Zimmermann, *Legation*, 32f. Auch nach seiner Bestellung zum EB. von Reims wurde er als päpstlicher Legat angesprochen: Br. VIII 70 (69) vom Mai 1205; vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 133f.

[13)] Konzil von Tours 1163, c. 1 = Comp. I 3. 5. 10 = X 3. 5. 8 (Friedberg, *CorpIC*, II 466).

[14)] Conc. Lat. III, c. 8 (*COD*[3] 215) = Comp. I 3. 8. 2 = X 3. 8. 2 (Friedberg, *CorpIC*, II 488) und Br. VIII 190 (189) Bd. 8 S. 325 Z. 20–23 = Comp. III 3. 5. 7 = X 3. 5. 20 (Friedberg, *CorpIC*, II 472).

eos, quamquam interdum hii, ad quos spectat electio, de communi concensu augmentare valeant numerum prebendarum, quoddam ius spirituale de novo creando, nisi forte statutum aliquod obviaret, quod esset iuramento firmatum vel cui sedis apostolice confirmatio accessisset * huius[j] clausula prohibitionis adiecta, ut, si quic- * fol. 19r
quam contra id fieret, non valeret. Propter quod institutionem prefatam nullam fuisse dictus asseruit procurator, cum in Trecensi ecclesia, sicut premissum est, certus sit prebendarum numerus, quem capitulum vel legatus augmentare minime intendebat vel ius aliquod de novo creare, quod ex eo argui proponebat, quia non fuit unus ad vacantem prebendam et alius simpliciter institutus, set ad prebendam unicam supradicto modo vacantem extiterunt ambo recepti. Set nec Trecense capitulum, ad quod prebendarum collatio nullatenus pertinebat, vel dictus procurator predecessoris tui receptionem huiusmodi approbare potuit utpote contra canones attemptatam. Tibi quoque nequaquam[k] obfuisse dicebat, quod cellararium prefatum ad osculum inter canonicos Trecenses admiseras vel quod aliquanto tempore super hoc negocio siluisti, cum tunc temporis ecclesie tue consuetudines et, que in ea minus legitime facta fuerant, ignorares.

Ad hec autem cellararius sic respondit, quod, cum idem archiepiscopus in Trecensi capitulo sue legationis litteras legi fecerit et legatus eo tempore ab omnibus haberetur, an legatus in illa provincia fuerit, non debebat ulterius in dubium revocari; maxime cum tu in predictis litteris, quas obtinueras contra eum, memoratum archiepiscopum legatum duxeris nominandum. Adiecit insuper, quod licite quis ad spiritualem fraternitatem eligi potest in canonicum et in fratrem nulla etiam prebenda vacante, argumentum ad hoc cuiusdam epistole decretalis[15] inducens, in qua legitur, quod, cum T. clericus nulla in Lingonensi ecclesia prebenda vacante ab episcopo et canonicis Lingonensibus supradicti archiepiscopi, iudicis[l] delegati a nobis, interveniente auctoritate in canonicum receptus fuisset et fratrem ita, quod nullius prebende fructus perciperet nisi loco proximo vacature, nos attendentes, quod dictum T. in canonicum et fratrem recipi non occurrebat canonicis institutis et vacaturam expectare prebendam Lateranensi consilio[m] non esset dubium obviare, illicito reprobato, quod licitum erat, duximus approbandum. Unde, cum videretur indignum, ut is, qui receptus erat in canonicum et in fratrem, prebende beneficio fraudaretur, episcopo et canonicis Lingonensibus dedimus in mandatis, ut, si res taliter se haberet, eidem T. prebendam, cum se facultas offerret, assignare curarent[16]. Allegavit insuper, quod ab apostolica sede frequenter huiusmodi litere impetrantur, ut in ecclesia, in qua certus est numerus prebendarum, nulla prebenda vacante recipiatur quis in canonicum et in[n] fratrem et eidem prebenda, cum se facultas obtulerit, conferatur. Item, licet Turonense concilium sectionem inhibeat prebendarum, nichilominus tamen Romana ecclesia receptionem eorum, qui ad dimidias prebendas assumpti sunt, in canonicos approbando nonnumquam sectas prebendas eis precipit integrari.

---

[j]) *Bosquet, Migne:* huiusmodi. [k]) nequa(m)qua(m)m. [l]) *Bosquet:* iudices. [m]) *Bosquet, Migne:* concilio. [n]) *Fehlt bei Migne.*

[15]) Br. IX 57 = Comp. III 3. 5. 6 = Bern. 3. 7. 6 = Add. ad Dunelm. IV 17 = Coll. Fuld. 3. 5. 11 = X 3. 5. 19 (Friedberg, *CorpIC*, II 472).

[16]) S. Br. IX 57 vom 19. April 1206, Bd. 9 S. 105 Z. 10–26, der dem EB. und Archidiakon von Sens aufträgt, den Bischof Robert von Châtillon (1204–1209) und das Domkapitel von Langres zu zwingen, dem T. seine Einkünfte und bei erster Gelegenheit eine Pfründe zuzuweisen.

Sed ad hoc fuit ex adverso responsum, quod — etsi Romanus pontifex dymidiatam quoad temporales[o)] proventus prebendam contra consilium[p)] Turonense illi quandoque precipiat integrari, cui ius spirituale vacans fuerat cum debita integritate collatum, pro eo tamen, quod ad huiusmodi ius dimidium de facto, cum de iure non valeat, est receptus, id mandare minime consuevit et ex plenitudine potestatis ad unicum ius spirituale non vacans aliquem recipi utilitate vel necessitate pensata valeat indulgere, sicud de Augustino in canone invenitur, qui novo modo provectus et consecratus episcopus incolumi Valerio episcopo ecclesie Ypponensis accessit in cathedra, non successit[q, 17)], et sicud de non vacante prebenda concessa tamen et confirmata per Romanum pontificem cuidam clerico in ecclesia Lingonensi et per exequtorem ipsius ad eandem etiam non vacantem recepto in preallegata legitur decretali — prefatus tamen archiepiscopus, qui, etsi legatus fuisset, in predicta[r)] provincia absque nostra saltem licencia speciali contra iuris scripti tenorem ad unicum ius spirituale, quod vacabat in ecclesia supradicta, in qua certus erat numerus prebendarum, instituere non potuit nepotem et cellararium supradictos, cum hoc non solummodo Turonensi sed etiam Lateranensi consilio[s)] obviaret; maxime cum nec novum ius creare intenderet nec prebendarum numerum augmentare, quod inde colligitur, quia resignatione cellararii procurata eosdem instituit ad unicam prebendam vacantem.

Unde nos hiis et aliis intelectis cellararium antedictum, quem prefatam prebendam constitit[t)] prius libere resignasse, ad restitutionem eorum, que ratione supradicte investiture tenebat, de consilio fratrum nostrorum sentencialiter duximus condempnandum, ei super prebenda ipsa vel eius parte silencium imponentes ita, quod per hoc supradicto G. nullum preiudicium generetur, maxime cum res inter alios acta non noceat regulariter aliis iuxta canonicas et legitimas sanctiones[18)].

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre diffinitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit et cetera usque incursurum.

Datum Rome apud sanctum Petrum, II[u)] Kal. Maii, pontificatus nostri anno XIII[o].

73.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Gerhard), dem Archidiakon und dem Domkanoniker Magister N. von Douai von Châlons-sur-Marne auf, nötigenfalls unter Anwendung kirchlicher Strafen für die Einhaltung des Urteils zu sorgen, mit dem er dem R. von Avalon, Domzellerar von Sens, in dessen Prozess gegen den Bischof (Herveus) von Troyes die halbe Domkanonikerpfründe in Troyes abspricht, die ihm der Kardinallegat Erzbischof G(uido) von Reims verliehen hat, nachdem R. zugunsten von dessen

---

o) *Migne:* temporalem. p) *Bosquet, Migne:* concilium. q) *Am Rande eine nicht dechiffrierbare Notiz.* r) *Fehlt bei Migne.* s) *Bosquet, Migne:* concilio. t) constituit; constitit *bei Bosquet und Migne.* u) *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

17) S. *Decretum Gratiani* C. 7 q. 1 c. 12 (Friedberg, *CorpIC*, I 571).

18) Digesten 12. 2. 10; 42. 1. 63; 44. 2. 1; 48. 2. 7. 2 (Ed. Mommsen 163, 669, 707, 791); Codex 7. 56. 2, 4; 7. 60. 1 (Ed. Krueger 319f.); Br. II 37 Bd. 2 S. 63 Z. 32 = Comp. III 2. 13. 1 = X 2. 22. 6 (Friedberg, *CorpIC*, II 348).

Neffen G. freiwillig auf seine dortige Pfründe verzichtet hatte, wobei aber das Recht des G. an der anderen Hälfte nicht beeinträchtigt werden soll.

(Rom, St. Peter, 1210 ca. April 30)[1].

Reg. Vat. 8, fol. 19^{r-v} <Nr. 72 bzw. 73>.

Bosquet 67, Nr. 73 = Baluze II 446, Nr. 93 (!) = Migne, PL, 216, 267, Nr. 73. — Potth. Reg. 3990; Bréquigny, Table chronologique, IV 479.

Episcopo[2] **et I(ohanni)**[3] **archidiacono et magistro N. de Duaco**[4] **canonico, Cathalaunen(sibus).**

* **D**ilecto filio nostro P(etro)[a], tituli sancte Pudenciane presbitero cardinale[5], * fol. 19^{v}
dilectis filiis R. de Aualon, cellarario Senonensi[6], et R. de Noa clerico, procuratori venerabilis fratris nostri Trecensis episcopi[7], auditore concesso et cetera in[b] eundem modum[b] ut in alia usque bone[c] memorie predecessoris[8] supradicti episcopi Trecensis in[d] Constantinopolitanis partibus et cetera ut in alia usque assignari[e]. Episcopus quoque, cum ad eandem accessit ecclesiam consecratus, dictum cellararium cum canonicis aliis ad osculum dinoscitur recepisse, cum tamen et cetera ut in alia usque super[f] predictis[f] non movit per biennium questionem. Unde petiit, ut episcopum ipsum ab ipsius super hoc et cetera usque dignaremur[g]. Verum dictus R., procurator eiusdem episcopi, proposuit ex adverso, quod cum et cetera ut in alia usque presumit[h] in memorati episcopi preiudicium et gravamen non permittens eum libere de ipsa disponere, prout ad se dinoscitur pertinere. Et licet et cetera usque frustratorie[i] appellavit[9], ut episcopum ipsum posset[j] et cetera usque vel dictus[k] procurator predecessoris ipsius episcopi receptionem huiusmodi et cetera ut in alia usque attemptatam[l]. Ipsi quoque episcopo nequaquam obfuisse dicebat et cetera in eundem[m] fere modum ut in alia usque duxerit[n] nominandum. Adiecit insuper et cetera ut in alia per totum usque sanctiones[o].

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, quod est a nobis sententialiter diffinitum, faciatis appellatione remota inviolabiliter observari; contradictores per censuram ecclesiasticam compescentes.

Quodsi non[p] omnes et cetera, tu, frater episcope, cum eorum altero[q] et cetera.

Datum ut in alia per totum.

---

73. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b–b]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [c]) *Br. XIII 72 S. 121 Z. 23.* [d]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [e]) *Br. XIII 72 S. 121 Z. 28.* [f–f]) *Br. XIII 72 S. 122 Z. 3. Bosquet:* supradictis. [g]) *Br. XIII 72 S. 122 Z. 4.* [h]) *Br. XIII 72 S. 122 Z. 8.* [i]) *Br. XIII 72 S. 122 Z. 11f.* [j]) *Bosquet, Migne:* posse. [k]) *Br. XIII 72 S. 123 Z. 11.* [l]) *Br. XIII 72 S. 123 Z. 12.* [m]) *Bosquet:* eum. [n]) *Br. XIII 72 S. 123 Z. 21.* [o]) *Br. XIII 72 S. 124 Z. 24.* [p]) *Fehlt bei Migne.* [q]) *Bei Bosquet und Migne folgt:* ea.

73. [1]) S. Br. XIII 72 Anm. 1.

[2]) S. Br. XIII 45 Anm. 5.

[3]) Johannes Barat, als Archidiakon von Châlons-sur-Marne bezeugt 1201, Protagonist einer Doppelwahl zum Bischof 1237, gest. ca. 1241. Vgl. Benner, *Châlons-en-Champagne*, bes. 341, 354, 391–393.

[4]) Wohl Doaui (Dép. Nord).

[5]) S. Br. XIII 72 Anm. 3.

[6]) S. Br. XIII 72 Anm. 4.

[7]) S. Br. XIII 72 Anm. 2.

[8]) S. Br. XIII 72 Anm. 7.

[9]) S. Br. XIII 68 Anm. 7.

74.

Innocenz III. befiehlt den Bischöfen (Gilbert) von Rochester und (Herbert) von Salisbury neuerlich, die Verhängung des Interdikts über die Güter in England, die zur Mitgift der Königinwitwe B(erengaria), der Schwägerin des Königs Johann von England, gehören oder Einkünfte zu ihr beitragen und die der König ihr trotz wiederholter päpstlicher Mahnungen vorenthält, zu publizieren, da dieser bis zum peremtorischen Termin am 8. September 1209 weder einen Bevollmächtigten zum Prozess an der Kurie gesandt noch sich mit seiner Schwägerin verglichen hat.

Lateran, 1210 Mai 14.

Reg. Vat. 8, fol. 19^{v}–20^{r} <Nr. 73 bzw. 74>.

Dumay 10, Nr. 5; Bosquet 68, Nr. 74 = Baluze II 447, Nr. 74 = Migne, PL, 216, 268, Nr. 74. — Potth. Reg. 4000 (zu Mai 12); Cheney, Calendar, 868.

Roffensi[1] **et Saresberiensi**[2] **episcopis.**

Utinam[a] Ioh(ann)es[b], rex[c] Anglie[c, 3], nostris acquiescens monitis et consiliis sic
1Tim 1, 5 regeret semetipsum, ut nos, qui de corde puro, conscientia bona et fide non ficta eius salutem diligimus et honorem[d], in ipsum non cogeret ecclesiasticam exercere censuram nec contra se divinam iracundiam provocaret illis iniurias inferendo, quibus impertiri deberet gratiam et favorem[e]. Compellimur etenim vel inviti scribere contra eum, qui tociens[f] nostra monita preteriit aure surda, ut querela karissime in Christo filie B(erengarie)[4], quondam Anglorum regine illustris, indicat sepe sepius nostris auribus inculcata, a cuius clamore nec[g] possumus nec debemus avertere aures[h] nos-
vgl. Rm 1, 14 tras[h], qui sumus omnibus in iusticia debitores, illius vicem licet inmeriti gerentes in
vgl. Dt 1, 17; 10, 17; Iac 2, 1 u. ö. terris, qui hominis personam non accipit, sed cum tranquillitate iudicans facit mi-
vgl. Ps 102, 6 sericordiam et iudicium omnibus iniuriam[i] pacientibus et reddit retributionem su-
vgl. Ps 93, 2 perbis. Sepe namque ipsum recolimus monuisse[5], ut sue saluti consulens et honori

---

74. [a]) *Auf fol. 19^{v} am rechten (Innen-)Rande längs des Briefes ein senkrechter, z. T. gewellter Strich; ein weiterer, annähernd korrespondierend, mit hellerer Tinte am linken Rande.* [b]) *Migne fügt davor hinzu:* [charissimus in Christo filius noster]. [c–c]) rex *über der Zeile, vielleicht mit gleicher Tinte, nachgetragen; fehlt bei Bosquet, bei Migne in eckiger Klammer ergänzt. Dumay:* Angliae rex. *Cheney, Calendar, 868, Anm., vermutet allerdings, vielleicht wegen der Auslassung bei Bosquet, eine Hand des 17. Jhs.* [d]) hnorem. [e]) honorem*;* fauorem *bei Dumay, Bosquet und Migne.* [f]) *Dumay, Bosquet, Migne:* toties. [g]) *Am Rande ein schräger Strich.* [h–h]) *Dumay:* nostras aures. [i]) I- *als Großbuchstabe hervorgehoben, korr. aus kleinem* i-.

74. [1]) S. Br. XIII 67 Anm. 10.

[2]) Herbert (Poore), B. von Salisbury (Suffr. von Canterbury) 1194–1217. Vgl. Le Neve–Greenway, *Fasti*, IV 3. Beide Bischöfe hielten sich während des Interdikts über England und der Exkommunikation des Königs (s. unten Anm. 17) ab Ende 1209 im Exil in Schottland auf. Vgl. Flight, *Rochester*, 233f.; Kemp, *EEA XIX: Salisbury 1217–1228*, 411.

[3]) S. Br. XIII 67 Anm. 2.

[4]) Berengaria, Tochter König Sanchos VI. von Navarra und Blancas von Kastilien, heiratete 1191 Richard I. von England; gest. 1230. Seit 1204 residierte sie vorwiegend in Le Mans. Vgl. *Dict. BF* 5 (1951) 1502f.; Trindade, *Berengaria*; *ODNB* 5 (2004) 321f.

[5]) Br. III 44 vom März/April 1200 (*Potth. Reg.* 998; Cheney, *Calendar*, 218); Br. VI 192 (194) vom 4. Januar 1204; Cheney, *Calendar*, 581, vom ca. 16. Dezember 1204 (vgl. Br. VII 168 Bd. 7 S. 297 Z. 15); Br. X 122 vom 3. September 1207; Br. XI 217 (223) vom 21. Januar 1209, dem zufolge der Papst

eidem regine super dotalicio suo[6], medietate[j] mobilium inclite recordationis regis Riccardi[k] fratris sui[7] et quibusdam aliis, que ipsa sibi competere asserit, satisfaceret competenter[l]. Sed quia nec id curavit efficere nec coram iudicibus illis, quibus negocium ipsum pluries dinoscimur[m] commisisse[8], ipsi iusticiam exhibuit super eis, nos tandem ipsi dedimus in mandatis[9], ut usque ad festum nativitatis beate Marie proximo tunc[n] venturum[10] per procuratorem ydoneum nostro se conspectui presentaret exhibiturus prefate regine vel eiusdem[o] procuratori[o] super premissis et aliis, si qua forte adversus eum duceret proponenda, quod ordo posceret rationis. Ipse vero, licet dilectus filius prior[p] Vigorniensis[p, 11] de mandato venerabilis[q] fratris nostri Vigorniensis[r] episcopi[12] exhibitis ei litteris nostris prefatum terminum ex parte[s] nostra sibi peremptor(ium) assignarit, sicut venerabiles[t] fratres nostri[t] Eliensis[13] et[u] prefatus Vigorniensis[v] episcopi, quibus super hoc direximus scripta nostra[14], per suas nobis litteras intimarunt, id tamen facere contempsit omnino procuratore[w] ipsius regine ad predictum terminum ad sedem apostolicam accedente ac per quatuor menses et amplius expectante.

[j]) medietatem; medietate *bei Dumay, Bosquet und Migne. S. auch Br. XI 217 (223) Bd. 11 S. 364 Z. 6.* [k]) *Dumay, Bosquet, Migne:* Richardi. [l]) *Fehlt bei Dumay.* [m]) dinoscitur; dinoscimur *bei Bosquet, Migne und in Br. XI 217 (223) Bd. 11 S. 364 Z. 12.* [n]) *Fehlt bei Dumay.* [o–o]) *Dumay, Bosquet, Migne und Br. XI 217 (223) Bd. 11 S. 365 Z. 2:* procuratori eiusdem. [p–p]) *Bosquet:* … Prior Vvigornien. [q]) *Dumay:* re(verendi ?). [r]) *Bosquet:* Vvigorinen. [s]) *Dumay:* potestate. [t–t]) *Migne:* venerabilis frater noster*; Dumay:* ven.] re. [u]) *Bosquet:* .. et. [v]) *Bosquet:* Vvigorniensis*; so auch Migne.* [w]) p(ro)curatorem; procuratore *bei Dumay, Bosquet und Migne.*

seine „preces et monita … plus quam octies replicata" hätte (Bd. 11 S. 363 Z. 28). Vgl. Cheney, *Innocent III and England*, 101 mit Anm. 16, 294f. mit Anm. 6.

[6]) Johann löste die von König Richard I. 1191 an Berengaria verschriebene „dos" (Baldwin, *Registres*, 469, Nr. 28, vgl. auch 471, Nr. 30; Gillingham, *Richard and Berengaria*, 161f. [124f.]) 1201 vertraglich ab, hielt diese Übereinkunft aber nicht ein, sondern übertrug die Güter großteils seiner Frau Isabella von Angoulême. Vgl. Hardy, *Rotuli litterarum patentium*, 2f.; Baldwin, *Registres*, 488, Nr. 42; Br. VII 168 Bd. 7 S. 296 Z. 22f.; Cloulas, *Douaire*; Vincent, *Isabella*, 185–187; Trindade, *Berengaria*, 150–153.

[7]) Richard I., König von England 1189–1199.

[8]) Schon 1200 den Äbten Gottfried von Marmoutier und Gerhard von Pontigny bzw. den Erzbischöfen Walter von Rouen und Hubert von Canterbury: Br. III 43, 45 (*Potth. Reg.* 997, 999; Cheney, *Calendar*, 217, 219); den Äbten Gerald von Casamari, Gottfried von Marmoutier und Wilhelm von Vierzon: Br. VI 192 (194) a pari vom 4. Januar 1204 (Cheney, *Calendar*, 532); dem EB. Hubert von Canterbury und den Bischöfen Eustach von Ely und Mauger von Worcester: Br. VII 168 vom 16. Dezember 1204.

[9]) Br. X 122 vom 3. September 1207 bzw. die vom Prior von Worcester überbrachte Ladung (s. Z. 9–11 und unten Anm. 10).

[10]) Im Br. X 122 Bd. 10 S. 209 Z. 7f. wurde der 6. Januar 1208 als Termin gesetzt, im Br. XI 217 (223) Bd. 11 S. 364 Z. 33–S. 365 Z. 1, der hier die textliche Vorlage für Br. XIII 74 bildet, stattdessen der 8. September 1208 als Termin angegeben, der wohl in der vom Prior von Worcester überbrachten Ladung festgesetzt wurde.

[11]) Randulf (von Evesham), Prior des Kathedralpriorats von Worcester 1203–1214, Elekt von Worcester 1213, Abt von Evesham 1214–1229. Vgl. Le Neve–Greenway, *Fasti*, II 103; Knowles–Brooke–London, *Heads of Religious Houses*, 84, 48, 248. Der Prior agierte während des Exils des Bischofs während des Interdikts (s. unten Anm. 17) als dessen „officialis". Vgl. Cheney–Smith–Brooke–Hoskin, *EEA XXXIV: Worcester 1186–1218*, XLIV; 75, Nr. 123; 76, Nr. 124.

[12]) S. Br. XIII 67 Anm. 7.

[13]) S. Br. XIII 67 Anm. 6.

[14]) Vgl. Br. XI 217 (223) Bd. 11 S. 365 Z. 5–8. Vgl. Cheney, *Calendar*, 789; *ebd.* 766 der den Br. X 122 begleitende Auftrag an die beiden Bischöfe (s. Bd. 10 S. 209 Z. 14f.).

Nos igitur in nostre salutis dispendium nolentes ulterius defferre homini contra
vgl. Act 5, 29 Deum ipsum per litteras nostras[x, 15)] monuimus et exhortati sumus attencius in virtute Spiritus sancti eidem firmiter iniungentes, ut usque ad sex menses post susceptionem litterarum nostrarum aut prefate[y)] regine satisfaceret congrue de predictis aut componeret, si fieri posset, amicabiliter cum eadem vel per sufficientem et ydoneum responsalem apostolico se[z)] conspectui[z)] presentaret exhibiturus[aa)] eidem vel eius procuratori super hiis et aliis, que adversus eum duceret proponenda[bb)], iusticie conplementum. Alioquin extunc civitates, villas, castra et maneria, que ad dotalicium prefate regine spectare noscuntur, in ipsis litteris suis nominibus annotata[16)], licet ex alia causa supposita sint sentencie interdicti[17)], propter [hoc][cc)] tamen pari sentencia specialiter decrevimus alligata, ut in omnibus illis nequaquam interdicti sentencia relaxetur, donec super hoc idem rex satisfecerit conpetenter; dantes vobis districte nichilominus in preceptis[dd, 18)], ut humana gratia et mundano timore postpositis eandem publicaretis sentenciam et faceretis sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo auctoritate nostra firmiter observari.

Vos autem licet pridie Idus Iulii proximo[ee)] preteritum[ff, 19)], sicud ex litteris vestris accepimus, nostras curaveritis eidem litteras presentare et ipsarum continenciam sibi exposueritis diligenter et idem nec prefate regine satisfecerit nec amicabiliter compo-
* fol. 20r suerit cum eadem, nondum * tamen[gg)] ad publicationem ipsius sentencie processistis pro eo, quod vobis[hh)] non constitit[ii)] regem prefatum infra sex menses non direxisse iuxta nostri[jj)] mandati[jj)] tenorem ad nostram presenciam responsalem. Cum igitur a tempore, quo sibi nostras litteras presentastis, novem mensium spacium et amplius sit elapsum nec rex idem ad presenciam nostram propter hoc aliquem direxerit responsalem, procuratore regine diucius expectante ac eadem per decennium et amplius post nos clamaverit incessanter, fraternitati vestre per iterata scripta mandamus et districte precipimus, quatinus[kk)] humano favore ac timore postpositis ad publicationem eiusdem sentencie ac observationem ipsius iuxta priorum continenciam litterarum sublato cuiuslibet contradictionis ac appellationis obstaculo procedatis preceptum
vgl. Act 5, 29 nostrum taliter impleturi, quod plus Deo quam homini defferre probemini et vestra possit inde[ll)] obediencia[ll)] merito commendari. Qualiter autem in exequutione pre-

---

x) *Fehlt bei Dumay.* y) *Dumay:* praedictae. z–z) *Dumay:* conspectui se. aa) *Dumay:* et. bb) *Dumay folgt:* fieret. cc) *So Dumay, Bosquet und Migne. S. auch Br. XI 217 (223) Bd. 11 S. 366 Z. 16.* dd) mandatis; praeceptis *bei Dumay, Bosquet und Migne. S. auch Br. XI 217 (223) Bd. 11 S. 367 Z. 4.* ee) *Dumay:* proxime. ff) *Dumay:* praeteriti; *Migne:* praeterito. gg) *Leicht beschädigt durch die Restaurierung des Blattes.* hh) nob(is); vobis *bei Dumay, Bosquet und Migne.* ii) *Migne:* consistit. jj–jj) *Dumay:* mandati nostri. kk) *Dumay:* quod. ll–ll) *Dumay:* obedientia inde.

15) Br. XI 217 (223) Bd. 11 S. 365 Z. 13–S. 367 Z. 6.

16) S. Br. XI 217 (223) Bd. 11 S. 365 Z. 19–S. 366 Z. 15.

17) Das Interdikt über England war am 23. März 1208 von den Bischöfen von London, Ely und Worcester im Auftrag des Papstes wegen der Weigerung König Johanns von England, die Wahl des Kardinals Stephan Langton zum Erzbischof von Canterbury anzuerkennen, verhängt worden. Im November 1209 wurde überdies die Exkommunikation über König Johann ausgesprochen. Vgl. Cheney, *King John and the Papal Interdict*, 295; ders., *Innocent III and England*, 302–325; Powicke–Cheney, *Councils and Synods*, II/1 11f.

18) Br. XI 218 (224).

19) 14. Juli 1209.

cepti apostolici processeritis tam nobis quam sepefate[mm)] regine curetis litteris vestris fideliter intimare.

Quodsi non ambo et cetera, alter vestrum ea nichilominus exequatur.

Datum Laterani, II[nn)] Idus Maii, anno terciodecimo.

75.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Martin) und dem Archidiakon Magister Florentius von Zamora und dem Abt (Herbert) von Moreruela, den König (Sancho) von Portugal zu veranlassen, die dem Bischof (Martin) und dem Domdekan (Fernandus ?) von Porto und deren Gefährten entwendeten Güter zu restituieren und Entschädigung für alle Übergriffe zu leisten und die Einigung mit dem Bischof einzuhalten; im Weigerungsfall sollen sie den König vom Kirchenbesuch und Sakramentenempfang ausschließen und über ihn ein interdictum deambulatorium verhängen und, wenn er weiterhin nicht nachgibt, dem Papst berichten, damit er härtere Maßnahmen ergreift; weiters sollen sie die Exkommunikation über den portarius des Königs und genannte Bürger von Porto, die den Bischof und die Anderen belagert und einen Kleriker eingekerkert haben, feierlich verkünden und für deren Einhaltung Sorge tragen, bis diese Genugtuung geleistet haben und zwecks Absolution an die Kurie gereist sind. Weiters befiehlt er, dass sie ihr Vorgehen durch keine Appellation behindern lassen.

Lateran, 1210 Mai 13.

Reg. Vat. 8, fol. 20^{r-v} <Nr. 74 bzw. 75>.

Bosquet 69, Nr. 75 = Baluze II 448, Nr. 75 = Migne, PL, 216, 270, Nr. 75; Mansilla, Documentación, 464, Nr. 436; Da Costa–Marques, Bulário Português, 283, Nr. 146. — Potth. Reg. 4001; Santarém, Quadro elementar, IX 36, Nr. 56; de Lera Maíllo, Catálogo,89, Nr. 262.

Episcopo[1)] et magistro Florencio archidiacono, Zamoren(sibus), et abbati de Morerola[2)], Zamorensis diocesis.

Graves[a)] oppressiones et enormes iniurias a karissimo in Christo filio nostro .. illustri rege Portugalensi[3)] venerabili fratri nostro Portugalensi episcopo[4)] irrogatas nec ipse propter hoc ad sedem apostolicam coactus confugere quasi nudus pre ipsarum multitudine facile nobis potuit viva voce sub compendio brevitatis exponere neque nos vobis presenti pagina recensere. Cum enim super variis gravaminibus, que prefatus rex exercuerat in eundem, dudum conpositio inter eos mediantibus dele-

---

[mm)] *Dumay:* praefatae. [nn)] *Dumay:* secundo*; Migne:* IV.

75. [a)] *Auf fol. 20^{r} längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich; ferner ein Schrägstrich.*

75. [1)] S. Br. XIII 57 Anm. 1.
[2)] S. Br. XIII 57 Anm. 2.
[3)] S. Br. XIII 57 Anm. 4.
[4)] S. Br. XIII 57 Anm. 3.

gatis nostris celebrata fuisset, quam idem rex, sicut patet ex auctentico suo scripto[5)], promisit se fideliter servaturum, ipse demum super articulis contentis in ea veniens contra ipsam adversus memoratum episcopum graviores innovavit calumpnias et seviores angustias instauravit. Indignatus siquidem ei pro eo, quod illicitis nati[b)] sui nuptiis[6)] interesse ac eidem transeunti per civitatem processionem facere denegavit, post appellationem ad nos interpositam domos quorundam canonicorum ipsi episcopo assistencium fecit dirrui ac eis prebendas et equitaturas auferri, seras portarum ecclesie violari, excommunicatos in ecclesiam intromiti, defunctorum in interdicto corpora sepeliri et eundem episcopum ac .. decanum[7)] aliosque tribulationis sue consocios in episcopali domo quinque pene mensibus per portarium suum et burgenses Portugalenses sic atrociter obsideri[c)], ut non solum facultatem exeundi de ipsa verum etiam superveniente infirmitate ad confitendum et adhorandum sacerdotis et crucis copiam nequiverit obtinere, donec[d)] multis dehonestatus opprobriis et magnis periculis circumsceptus inter hec omnia canonicis et porcionariis Portugalensis ecclesie post interdictum in appellationis nostre contemptum ad cumulum doloris sui divina sollempniter celebrantibus compulsus est nunciis regis dicere, quod se illius exponeret voluntati. Qui sic demum a custodia liberatus inteligens, quod rex eum ad conpositionem iniquam et appellationum renunciationem intenderet coharcere[e)], nocturne fuge presidio recursurus ad nos regni sibi preclusos exitus vix evasit. Prefatus autem portarius bona episcopatus invadens et in suos ac regios usus expendens hominem, quem dictus episcopus ad necessaria sibi defferenda transmiserat, carceravit.

Cum igitur hec et alia, que contra sepefatum episcopum et ecclesiam, ymo Deum, per eundem regem enormiter attemptata dicuntur, ex iniuncto nobis apostolatus officio corrigere teneamur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatinus ipsum ad restitutionem ablatorum[f)] et satisfactionem iniuriarum super hiis et aliis tam debitam quam plenariam episcopo, decano et aliis eius sociis impendendam necnon etiam observandum[g)] conpositionem predictam monere prudenter et efficaciter inducere procuretis. Qui si forsan infra tempus, quod ei duxeritis prefigendum, id non curaverit adimplere, extunc eidem ingressum ecclesie ac universa interdicatis ecclesiastica sacramenta prohibentes in locis, ad que ipse devenerit, eo presente divina officia celebrari. Et, si nec sic duricia sua poterit emolliri, per litteras vestras hoc nobis intimare curetis, ut, si morbum — quod absit — contigerit aggravari, ad curationem ipsius graviori medicina, quemadmodum expedi*erit, incistamus. Dictum autem portarium et M. Martini ac G. servientes ipsius necnon I(ohannem) [Album][h)], P(etrum) Feudum, Tirou et omnes alios, quos constiterit pre-

* fol. 20v

---

b) *Bosquet:* ... nati. c) *Korr. aus* occideri; obsideri *auch mit Verweiszeichen von späterer Hand an den Rand geschrieben.* d) donc. e) *Bosquet, Migne:* coarctare. f) ablatar(um); ablatorum *bei Bosquet und Migne.* g) *Bosquet, Migne:* observandam. h) *Durch Restaurierung verschwunden. So Bosquet.*

5) Br. XIII 76 S. 132 Z. 6–S. 133 Z. 21.

6) Die Heirat zwischen Alfons (II.) (geb. 1186, König 1211–1223) von Portugal und Urraca, Tochter König Alfons' VIII. von Kastilien (geb. 1186/1187, gest. 1220), zwischen November 1208 und Februar 1209; Alfons war ein Cousin dritten Grades von Alfons VIII. von Kastilien. Vgl. Schwennicke, *Stammtafeln*, N. F. III, T. 38; Vasconcelos Vilar, *D. Afonso II*, 52–54.

7) S. Br. XIII 57 Anm. 5.

fatum episcopum ac decanum et eius socios inclusos in domo sua temere tenuisse[8)], cum et idem portarius quendam eiusdem episcopi subdiaconum vinctum catena ferrea tenuisse dicatur, tamdiu denuncietis excommunicationi subiectos et ab omnibus faciatis tamquam excommunicatos arcius evitari, donec passis iniuriam satisfecerint conpetenter et cum vestrarum testimonio litterarum ad sedem accesserint apostolicam absolvendi[9)]; sententiam ipsam singulis diebus dominicis ac festivis pulsatis canpanis et candelis accensis per totam Portugalensem diocesim facientes sollempniter innovari sollicite providendo, ut preceptum apostolicum taliter impleatis, quod Deum videamini pocius quam hominem revereri; ne, si aliter ageretis, negligenciam vestram cum exactissima pena requirere cogeremur. Volumus insuper et precipimus, ut circa omnia, que premissa sunt, tam super principalibus quam super incidentibus appellatione postposita procedatis. vgl. Act 5, 29

Quodsi non omnes et cetera, tu, frater episcope, cum eorum altero et cetera.

Datum Laterani, III Idus Maii, anno XIII°.

76.

Innocenz III. bestätigt dem Bischof M(artin) von Porto die Einigung, die in seinem Konflikt mit dem König S(ancho) von Portugal durch die Vermittlung der Bischofs M(artin) und Domdekans J(ohannes) von Zamora und des Domdekans P(eter) von León als päpstlichen Delegaten geschlossen wurde.

Lateran, 1210 Mai 13.

Reg. Vat. 8, fol. 20^{v}–21^{r} <Nr. 75 bzw. 76>.

Bosquet 71, Nr. 76 = Baluze II 449, Nr. 76 = Migne, PL, 216, 272, Nr. 76; Mansilla, Documentación, 466, Nr. 437; de Azevedo–Da Costa–Rodrigues Pereira, Documentos, 290, Nr. 190; Da Costa–Marques, Bulário Português, 280, Nr. 145. — Potth. Reg. 4002; Santarém, Quadro elementar, IX 37, Nr. 57.

Portugalensi episcopo[1)].

Iustis[a)] petencium desideriis dignum est nos facilem prebere assensum et vota, que a rationis tramite non[b)] discordant, effectu prosequente[c)] complere. Eapropter, venerabilis frater, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu conpositionem

---

[8)] Vgl. das Urteil der delegierten Richter, des Bischofs und des Archidiakons von Zamora, vom 12. November 1211, über 20 genannte Bürger von Porto wegen gewalttätiger Übergriffe gegen ihren Bischof: Da Costa–Marques, *Bulário Português*, 320, Nr. 172; genannt sind dabei: Iohannes Albus, Tirou und Petrus Fedus. Die Absolution auf Bitten des Bischofs verfügte Innocenz III. am 27. Juni 1212: Da Costa–Marques, *Bulário Português*, 329, Nr. 181.

[9)] Gemäß den Bestimmungen des 2. Laterankonzils über das Delikt eines tätlichen Angriffs auf Kleriker. S. Br. XIII 11 Anm. 27.

76. [a)] *Auf fol. 20^{v} längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b)] *Bosquet:* nos. [c)] *Bosquet:* persequente.

76. [1)] S. Br. XIII 57 Anm. 3.

inter te ac carissimum in Christo filium nostrum illustrem regem Portugalensem[2)] super articulis conprehensis in ipsa mediantibus venerabili fratre nostro episcopo[d)] Zamorensi[d, 3)] et collegis ipsius delegatis a[e)] nobis provide celebratam et ab utraque parte sponte receptam, sicud in autentico scripto plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Cuius tenor est talis:

S(ancius), Dei gratia Portugalensis rex, M(artino), eadem Zamorensi episcopo, et magistro P(etro) Legionensi[4)] et[f)] I(ohanni) Zamorensi[5)] decanis salutem et sinceram dilectionem. A memoria vestra non credimus excidisse, quod super negocio, quod inter me et Portugalensem episcopum vertitur, in hunc modum michi litteras destinastis:

Illustrissimo ac venerabili domino S(ancio), Dei gratia Portugalensi regi, M(artinus), eadem Zamorensis episcopus, et magister P(etrus) Legionensis et I(ohannes) Zamorensis decani salutem et promptum devotionis famulatum. Notum facimus excellencie vestre, quod nos mediantibus procuratoribus vestris Portugalensem episcopum ad talem induximus conpositionis modum inspecto prius diligenter summi pontificis rescripto, ut vos prius ipsum episcopum et suos in plenitudinem[g)] gratie vestre bona fide recipiatis, super quo ei tam apertas litteras quam alias similes iudicibus transmitatis, et episcopatum suum cum debita integritate eidem et patrimonium suum cum inde ablatis restituatis; de causis religiosorum et quorumcumque clericorum episcopatus sui[6)] vos non intromittetis per vos vel per homines vestros, nisi requisitus ab eo, et ab omni ipsorum gravamine deinceps desistetis et, si causam vel querimoniam adversus aliquem de predictis habueritis, non per vos sed per eum iusticiam consequemini; si autem adversus episcopum vel adversus suos, per archiepiscopum vel per summum pontificem tantum, si ad eum appellatum fuerit, vobis, nisi cum eo aliter conveneritis, satisfaciet; et vobis non recipientibus in protectione vestra contra eum aliquem de suis subditis nec in aliquo amodo eum[h)] gravantibus neque impedientibus omnia, que ad eum et ad officium eius et ad ius ecclesie sue pertinent, habeat, libere exerceat et quiete. Statuimus preterea cum prefato episcopo, ut vos ei, quem[i)] ad excellenciam vestram destinaverit, equitaturas suas et suppellectilia et alia, que in civitate Portugalensi et eius patrimonio inventa fuerint, ad ipsum et ad suos pertinencia restitui et P. Roderici militem[7)] absolvi facietis. De hiis vero, que ad presens inveniri non poterunt, que ad ipsum vel ad suos spectare noscuntur, sic disposuimus, ut a die, qua vos viderit vel vobis innotuerit per nuncium eius ipsum Portugalensem civitatem intrasse, quando et ipse debet pro se et pro iudicibus episcopatum ab interdicto absolvere, usque ad duos menses ipsi episcopo et suis plenariam restitutio-

---

[d–d]) *Bosquet, Migne:* .. Zamoren. episcopo. [e]) *Migne:* ut. [f]) *Bosquet:* … et. [g]) *Bosquet, Migne:* plenitudine. [h]) *Migne:* cum. [i]) *Bosquet:* quam*; Migne:* cum.

[2]) S. Br. XIII 57 Anm. 4.

[3]) S. Br. XIII 57 Anm. 1.

[4]) Mag. Pedro Muñoz, als Domdekan von León bezeugt 1200, 1201, 1203 (Fernández Catón, *Colección*, VI, Nr. 1756, S. 123; Nr. 1762, S. 132; Br. VI 176 [178]), als Archidiakon von Compostela 1203 (Br. VI 177 [179]), B. von Léon 1205–1206, EB. von Compostela 1206–1224. Vgl. Fletcher, *Episcopate*, 53, 60f., 68, 72; *DHEE* II 1284, IV 2201; Ubieto Arteta, *Listas*, I 195, II 378.

[5]) Johannes, als Domdekan von Zamora (Suffr. von Compostela) bezeugt 1203. Vgl. de Lera Maíllo, *Catálogo*, 72, Nr. 214.

[6]) S. Br. XIII 57 Anm. 7.

[7]) Vielleicht ein Bruder des B. Martin Rodriguez. Vgl. Reuter, *Königtum*, 9, Anm. 38.

nem, nam iura sic postulant, facietis. De satisfactione vero sibi exhibenda celsitudinis vestre discretioni comitet, si circa restitutionem sibi faciendam et alia, que diximus, vos promptum invenerit et benignum, ut vestra honestate ac sua pensata et Dei timore pre oculis habito, quomodo satisfaciendum videritis, satisfactionem exhibere curetis. vgl. Ps 53, 5 Et si supradicta[j], que pro bono pacis et honestate regia tractavimus, magestati vestre placuerint, per litteras vestras apertas nobis et per alias domino Portugalensi voluntatem vestram intimare omnino non postponatis. Si autem placuerint et aliquid[k] de premissis per vos, quod non credimus, obmissum fuerit, apostolici rescripti cohercio circa ea, que deffectum pacientur, in suo statu apud nos interim perduravit; ita, ut medio tempore nec vobis nec ipsi liceat super causa, que inter vos et ipsum vertitur, ad appellationis * diffugium convolare. Addidimus etiam preterea, ut fabricam ipsius * fol. 21r ecclesie cum omnibus pertinenciis suis ecclesie libere relinquatis. Ipsa enim ecclesia debet de ipsa fabrica disponere, prout viderit expedire.

Vestram igitur discretionem indubitanter certifico, quod omnes predictos articulos compositionis inter me et Portugalensem episcopum facte admitto gratanter et approbo et promitto firmiter me in omnibus et per omnia sine dubio fideliter servaturum. Si vero, quod Deus avertat, a die, qua ipse intraverit, super hiis, que inventa non fuerint, in episcopatu contentio aliqua de restitutione facienda emerserit, concedo ei securitatem bona fide et hominibus atque rebus eius eundi et redeundi ad vos, quociens voluerit, pro sua iustitia super restitutione illorum, que defuerint, consequenda.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Laterani, III Idus Maii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

77.

Innocenz III. gewährt der katholischen Gemeinschaft des Durandus von Huesca und Wilhelm von Saint-Antonin die freie Wahl des Vorstehers.

Lateran, 1210 Mai 14.

Reg. Vat. 8, fol. 21r <Nr. 76 bzw. 77>.

Bosquet 72, Nr. 77 = Baluze II 450, Nr. 77 = Migne, PL, 216, 274, Nr. 77; Mansilla, Documentación, 468, Nr. 438. — Potth. Reg. 4003; Bréquigny, Table chronologique, IV 480; Alvira Cabrer, Pedro el Católico, III 1104, Nr. 1044.

---

[j]) *Migne:* praedicta. [k]) *Bosquet, Migne:* aliquod.

Durando de Osca[1] et Guill(elm)o[a] de sancto Antonino[2] eorumque fratribus in fide catholica permanentibus.

Cum[b] a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id[c] per[c] sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu auctoritate presencium inhibemus, ut nullus vobis qualibet violentia vel surrepcionis astutia in prepositum preferatur, nisi quem[d] vos cum[e] consilio diocesani episcopi virum quidem idoneum in fide recta, sana doctrina et honesta conversacione probatum duxeritis eligendum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei et cetera usque incursurum.

Datum Lat(erani), II[f] Idus Maii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

78.

Innocenz III. teilt dem Erzbischof (Ramón) von Tarragona und dessen Suffraganen (und dem Erzbischof [Berengar] von Narbonne und dessen Suffraganen) erneut mit, dass er die Rechtgläubigkeit der Gemeinschaft (der katholischen Armen) des Durandus von Huesca, deren Eid, Bekenntnis und — erweiterte — Lebensform inseriert sind, anerkennt, trägt ihnen wiederum auf, weitere seiner Anhänger nach Ablegung desselben Eides wieder in die Kirche aufzunehmen, für rechtgläubig zu erklären und ihnen Hilfe angedeihen zu lassen, und befiehlt ihnen, das Mandat auch dann auszuführen, wenn nicht alle Adressaten anwesend sind.

Lateran, 1210 Mai 12.

Reg. Vat. 8, fol. 21^{r}–22^{r} <Nr. 77 bzw. 78>.

Bosquet 73, Nr. 78 = Baluze II 450, Nr. 78 (teilweise) = Migne, PL, 216, 274, Nr. 78 (teilweise); Mansilla, Documentación, 460, Nr. 433. — Potth. Reg. 3998, 3998; Bréquigny, Table chronologique, IV 480; Alvira Cabrer, Pedro el Católico, III 1103, Nr. 1042.*

Vgl. Gonnet, Enchiridion, I 135f.

---

77. [a]) *Bosquet, Migne:* Willelmo. [b]) *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [c–c]) p(er) id*; umgestellt bei Bosquet und Migne.* [d]) *Migne:* quam. [e]) c(um) *über der Zeile.* [f]) *Migne:* III.

77. [1]) S. Br. XIII 63 Anm. 3.
[2]) S. Br. XIII 63 Anm. 4.

Archiepiscopo[1] **et suffraganeis**[2] **Terrasconensis**[a] **ecclesie.**

Cum[b] inestimabile precium sanguinis Iesu Christi teneamur in animabus redemptis ex iniuncto nobis apostolatus officio custodire, non solum veraciter penitentibus clementer impendere veniam nos oportet, verum etiam pertinaciter delinquentes instanter ad penitentiam provocare, ne, si vel hiis paternam mansuetudinem[c] vel illis sollicitudinem subtraxerimus pastoralem, tot videamur eiusdem precii redemptioni subtrahere, quot in salvationem[d] ipsius nostra potuissemus vigilantia conservare. Quapropter[e] venientes dudum ad apostolicam sedem [dilectos filios][f] Durandum de Osca[g, 3], Guill(elmu)m de sancto Antonino[h, 4] et Iohannem de Narbona et Ermengaudum[5] et Bernardum, Biterrien(ses), et Raimundum de sancto Paulo et Ebrinum ac[i] socios[i] eorum paterna benignitate suscepimus et ea, que nobis tam pro se quam pro fratribus suis exponere curaverunt, pleno concepimus intellectu. Ex hiis ergo, que nobis de articulis fidei et sacramentis ecclesie diligenter examinati dixerunt, cognovimus eos fidem sapere orthodoxam et catholicam astruere veritatem. Ad maiorem tamen expressionem appositis Evangeliis et scripto confessionis eorum imposito super illa recepimus ab eis huiusmodi iuramentum[6]: vgl. Mt 27, 6

‹‹Ego››[j] inquit ‹‹Durandus de Osca inter manus tuas consecratas, summe pontifex domine Innocenti, Deum invoco testem in animam meam, quod ita simpliciter et veraciter credo, sicut in hoc scripto per omnia continetur, et contrarium numquam credam, sed contrarium credentibus pro posse resistam. Tibi vero tamquam beati Petri apostoli successori et archiepiscopis et episcopis aliisque prelatis, in quorum diocesibus vel parrochiis commorabor, obedientiam et reverentiam exhibebo tam debitam quam devotam››.

Scriptum[k] autem confessionis eorum est tale: Pateat[l, 7] omnibus fidelibus, quod ego Durandus de Osca et Guill(elm)us de sancto Antonino et omnes fratres nostri

---

78. [a]) *Bosquet, Migne:* Terraconensis*; so auch die Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 30*[v]*); Bosquet, Notae 51, korrigiert zu* Tarraconensis*; s. auch Einleitung S. XLII.* [b]) *Am Rande zwei kurze schräge Striche; auf fol. 21*[r] *längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich; ferner mit Bleistift ein Stern; und, mit einem hinweisenden Pfeil:* De fide catholica. [c]) *Bosquet, Migne:* consuetudinem. [d]) *Bosquet, Migne:* salvatione. [e]) *Davor ein Paragraphenzeichen und am Rande:* Isti sunt rev(er)si de secta Lugdunen(sium). [f]) *So Bosquet und Migne; s. auch Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 312 Z. 12 und Br. XIII 94 S. 165 Z. 1.* [g]) *Bei Bosquet und Migne folgt:* et. [h]) *Das zweite* -n- *über der Zeile nachgetragen.* [i–i]) ac so- *auf Rasur.* [j]) *Davor zwei Punkte. Am Rande:* Iurat s(er)vare fide(m) catholica(m), q(ua)m o(ste)nderat p(a)pe In(n)oce(n)tio in sc(ri)pt(is). [k]) *Davor zwei Punkte. Am Rande zwei Striche und:* Hec est fides, q(uam) c(on)v(er)si c(on)fite(n)t(ur); utinam ita ec(iam) facere(n)t Bohe(m)i. [l]) *Davor ein Paragraphenzeichen.*

78. [1]) S. Br. XIII 63 Anm. 5.

[2]) S. Br. XIII 63 Anm. 6.

[3]) S. Br. XIII 63 Anm. 3.

[4]) S. Br. XIII 63 Anm. 4.

[5]) Ermengaud von Béziers, mutmaßlicher Autor einer Schrift „Contra Haereticos“ (Migne, *PL*, 204, 1235–1272) und einer „Manifestatio heresis albigensium et lugdunensium“. Vgl. *Dict. HGE* 15 (1963) 754–757.

[6]) S. Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 312 Z. 19–25.

[7]) Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 312 Z. 26–S. 316 Z. 6. — Der Text des Glaubensbekenntnisses und eines Teils des Propositum folgt (bis auf wenige Abweichungen) wörtlich dem Glaubensbekenntnis, das Waldes um 1180 wahrscheinlich in Lyon abgelegt hat. Es wurde mehrfach von der päpstlichen Kanzlei verwendet und von Durandus in das Vorwort seines „Liber Antihaeresis“ aufgenommen.

corde credimus, fide intelligimus, ore confitemur et simplicibus verbis affirmamus Patrem et Filium et Spiritum sanctum tres personas esse unum Deum totamque Trinitatem coessentialem et consubstantialem et coeternalem et[m)] coomnipotentem et singulas quasque in Trinitate personas plenum Deum sicut in ‹‹Credo in Deum››[n)] et in ‹‹Credo in unum Deum›› et in ‹‹Quicumque vult›› continetur[8)]. Patrem quoque et Filium et Spiritum sanctum unum Deum, de quo nobis sermo, esse creatorem, factorem, gubernatorem et dispositorem omnium corporalium et spiritualium, visibilium et invisibilium corde credimus et ore confitemur. Novi et Veteris Testamenti unum eundemque auctorem Deum[o)] esse[o)] credimus, qui in Trinitate, ut dictum est, permanens de nichilo cuncta creavit. Iohannemque Baptistam ab eo missum esse sanctum et iustum et in utero matris sue Spiritu sancto repletum, incarnationem divinitatis non in Patre neque in Spiritu sancto factam sed in Filio tantum corde credimus et ore confitemur, ut, qui erat in divinitate Dei patris filius Deus verus ex patre, esset in humanitate hominis filius, homo verus ex matre, veram carnem habens ex visceribus matris et animam humanam rationabilem simul utriusque nature, id est Deus et homo, una persona, unus[p)] filius, unus Christus[p)], unus Deus cum Patre et Spiritu sancto omnium auctor et rector. Natus ex virgine Maria [vera][q)] carnis nativitate manducavit et bibit, dormivit et fatigatus ex itinere quievit, passus vera carnis sue passione, mortuus vera corporis sui morte [et][r)] resurrexit vera carnis sue resurrectione et vera anime ad corpus resumptione, in qua, postquam manducavit et bibit, ascendit in celum, sedet ad * dexteram Patris et in eadem venturus est iudicare vivos et mortuos.

vgl. Io 1, 6
vgl. Mc 6, 20
vgl. Lc 1, 41
* fol. 21v

Corde credimus et ore confitemur unam ecclesiam non hereticorum sed sanctam Romanam catholicam et apostolicam, extra quam neminem salvari credimus. Sacramenta quoque, que in ea celebrantur inextimabili atque invisibili virtute Spiritus sancti cooperante, licet a peccatore sacerdote ministrentur, dum[s)] ecclesia eum recipit, in nullo reprobamus nec ecclesiasticis officiis vel benedictionibus ab eo celebratis detrahimus, sed benivolo animo tamquam a iustissimo amplectimur, quia non nocet malitia episcopi vel presbiteri neque ad baptismum infantis neque ad eukaristiam consecrandam neque[t)] ad cetera ecclesiastica officia subditis celebrata. Approbamus ergo baptismum infancium, qui si defuncti fuerint post baptismum antequam[u)] peccata committant, fatemur eos salvari[u)] et credimus et in baptismate omnia peccata, tam illud originale peccatum contractum quam illa, que voluntarie comissa sunt, dimitti credimus. Confirmationem ab episcopo factam, id est impositionem manuum, sanctam et venerande accipiendam[v)] esse[v)] censemus. In sacrificio eukaristie, que ante consecrationem erant panis et vinum, post consecrationem esse verum corpus

---

[m)] *Darnach* con- *durchgestrichen*. [n)] *Bosquet:* Dominum. [o–o)] *Bosquet:* esse Dominum. *Vgl. Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 313 Z. 18:* esse Deum. [p–p)] *Durch Zeichen umgestellt aus:* unus Christus unus filius. [q)] *So Bosquet; s. auch Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 313 Z. 19.* [r)] *So Bosquet; s. auch ebd. S. 313 Z. 21 und Br. XIII 94 S. 165 Z. 27.* [s)] *Darnach* eccil- *durchgestrichen*. [t)] *Bosquet:* nec. [u–u)] *Durch Zeichen umgestellt aus:* fatemur eos salvari antequam peccata committant. [v–v)] *Bosquet:* esse accipiendam.

S. Selge, *Waldenser*, II 3–6 (Text) und I 19–35 (Erläuterungen). Vgl. auch Bacht, *Ekklesiologie*, 114–123; Thouzellier, *Catharisme*, bes. 27–36, 218f.

[8)] Das Apostolische und das Konstantinopolitanische Glaubensbekenntnis sowie das pseudoathanasianische Symbolum „Quicumque vult“. Vgl. Denzinger–Schönmetzer, *Enchiridion*, 28, Nr. 30; 67, Nr. 150; 41f., Nr. 75f., sowie Innocenz III., De missarum mysteriis, II 50 (Migne, *PL*, 217, 827 D–828C).

et verum sanguinem domini nostri Iesu Christi firmiter et indubitanter corde puro credimus et simpliciter verbis fidelibus affirmamus, in quo nichil a bono maius nec a malo minus credimus[w)] perfici[w)] sacerdote, quia non in merito consecrantis sed in verbo efficitur Creatoris et in virtute Spiritus sancti. Unde firmiter credimus et confitemur, quod, quantumcumque quilibet honestus, religiosus, sanctus et prudens sit, non potest nec debet eukaristiam consecrare nec altaris sacrificium conficere, nisi sit presbiter a visibili et tangibili episcopo regulariter ordinatus. Ad quod officium tria sunt, ut credimus, necessaria: scilicet certa persona, id est presbiter ab episcopo, ut prediximus, ad illud proprie officium constitutus, et illa sollempnia verba, que a sanctis patribus in canone sunt expressa, et fidelis intencio proferentis. Ideo firmiter credimus et fatemur, quod quicumque sine precedenti ordinacione episcopali, ut prediximus, credit et contendit se posse sacrificium eukaristie facere, hereticus est et perdicionis Chore et suorum complicum est particeps atque consors et ab omni sancta Romana ecclesia segregandus. Peccatoribus vere penitentibus veniam concedi a Deo credimus et eis libentissime communicamus. Unctionem infirmorum cum oleo consecrato veneramur. Coniugia carnalia esse contrahenda secundum Apostolum non negamus, ordinarie vero contracta disiungere omnino prohibemus. Hominem quoque cum sua coniuge salvari credimus et fatemur, nec[x)] etiam[x)] secunda vel ulteriora matrimonia condempnamus. Carnium percepcionem minime culpamus. Non condempnamus iuramentum, ymo credimus puro corde, quod cum veritate et iudicio et iusticia licitum sit iurare. De potestate seculari asserimus, quod sine peccato mortali potest sanguinis[y)] iudicium[y)] exercere, dummodo ad inferendam vindictam non odio sed iudicio, non incaute sed consulte procedat[9)]. Predicacionem necessariam valde et laudabilem esse credimus, tamen ex auctoritate vel[z)] et[aa)] licencia summi pontificis vel prelatorum permissione illam credimus exercendam.

vgl. Nm 16

vgl. 1Cor 7, 9f.

In omnibus vero locis, ubi manifeste[bb)] heretici manent et Deum et fidem sancte Romane ecclesie abdicant et blasphemant, credimus, quod disputando et exhortando secundum[cc)] Deum modis omnibus[cc)] debeamus illos confundere et eis verbo Dominico veluti Christi et ecclesie adversariis fronte usque ad mortem libera contraire. Ordines vero ecclesiasticos et omne, quod in sancta Romana ecclesia sanctitum legitur aut canitur, humiliter collodamus et fideliter veneramur. Diabolum non per condicionem sed per arbitrium malum esse factum credimus. Corde credimus et ore confitemur huius carnis, quam gestamus, et non alterius resurrectionem. Iudicium quoque per Iesum Christum esse futurum et singulos pro hiis, que in hac carne gesserunt, recepturos vel penas vel premia firmiter credimus et affirmamus. Elemosinas, sacrificium ceteraque beneficia fidelibus posse prodesse defunctis credimus. Remanentes in seculo et sua possidentes, elemosinas et cetera beneficia ex rebus suis agentes, precepta Domini servantes salvari credimus[dd)] et fatemur[dd)]. Decimas, primicias et oblaciones ex precepto Domini credimus clericis persolvendas.

vgl. Mal 3, 10

[w–w]) *Bosquet:* perfici credimus*; so auch Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 314 Z. 7.* [x–x]) *Über der Zeile nachgetragen.* [y–y]) *Bosquet:* iudicium sanguinis*; so auch Br. XII 69 Bd. 12 S. 122 Z. 10.* [z]) *Über der Zeile nachgetragen.* [aa]) *Fehlt bei Bosquet.* [bb]) *Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 314 Z. 30:* manifesti. [cc–cc]) *Bosquet:* modis omnibus secundum Deum*; so auch Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 314 Z. 32.* [dd–dd]) *Bosquet:* fatemur et credimus*; so auch Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 315 Z. 3.*

[9]) Dieser Passus wurde vom Papst nachträglich eingefordert: S. Br. XII 69 Bd. 12 S. 122 Z. 9–12. Zur Ablehnung der Todesstrafe durch die Waldenser und die Katholischen Armen vgl. Papini, *Valdo*, 196–203 und ad indicem; Ricca, *„Non uccidere“*.

Quia vero non solum fides recta sed bona etiam operatio exigitur ad salutem,
vgl. Hbr 11, 6 quoniam, sicut sine fide impossibile est placere Deo, ita fides sine operibus mortua
vgl. Iac 2, 17. 26 est, propositum[ee)] quoque conversacionis eorum presenti pagine duximus annotandum, cuius tenor est talis: Ad[ff)] honorem Dei et eius ecclesie catholice et ad salutem animarum nostrarum fidem catholicam per omnia et in omnibus integram et inviolatam corde credere et ore proposuimus confiteri sub magisterio et regimine Romani
vgl. Mt 19, 21; Mc 10, 21; Lc 18, 22 pontificis permanendo, seculo abrenunciavimus et, que habebamus, velut a Domino consultum est, pauperibus erogavimus et pauperes esse decrevimus ita, quod de
vgl. Mt 6, 34 crastino solliciti esse non curamus nec aurum nec argentum vel aliquid tale preter[gg)]
vgl. Mt 10, 9 vestimentum et victum cotidianum a quoquam accepturi sumus. Consilia evangelica velud precepta servare proposuimus, oracioni iuxta horas canonicas septies insistentes, dicendo quindecies ‹‹Pater noster››, insuper ‹‹Credo in Deum›› et ‹‹Miserere mei Deus›› et oraciones alias. Cum autem ex magna parte clerici simus et pene omnes
* fol. 22r litterati, lectioni et exhortacioni, doctrine * et disputacioni contra [omnes][hh)] errorum sectas decrevimus desudare. Disputaciones tamen a doctoribus[ii)] fratribus in fide catholica comprobatis et instructis in lege Domini dispensentur, ut adversarii catholice et apostolice fidei confundantur. Per honestiores autem et instructiores in lege Domini et in sanctorum patrum sentenciis verbum Domini censuimus proponendum fratribus et amicis, cum prelatorum consciencia et assensu, ita, quod ab eis propter hoc nec ecclesiarum frequentacio nec clericorum predicacio postponatur[10)]. Virginitatem vel castimoniam continuam inviolabiliter conservando duas[jj)] quadragesimas et ieiunia secundum ecclesiasticam regulam instituta annis singulis facere proposuimus[jj)]. Religiosum et modestum habitum ferre decrevimus, qualem consuevimus deportare, calciamentis desuper apertis ita speciali signo compositis et variatis, ut aperte et lucide cognoscatur nos esse sicut corde sic et corpore a Lugdunensibus et nunc et in perpetuum segregatos, nisi reconcilientur catholice unitati[11)]. Ecclesiastica sacramenta suscipiemus ab episcopis et sacerdotibus, in quorum diocesibus vel parrochiis commorabimur, et eis[kk)] obedienciam et reverenciam debitam impendemus. Si qui vero secularium in nostro voluerint consilio permanere, consulimus, ut, exceptis idoneis ad exhortandum et contra hereticos disputandum, ceteri in domibus religiose et ordinate vivendo permaneant res suas in iusticia et misericordia dispensando, manibus laborando, decimas, premicias et oblationes ecclesie debitas persolvendo.

Nos igitur habito fratrum nostrorum consilio per apostolica vobis scripta mandavimus, ut recepto a ceteris fratribus simili iuramento reconciliaretis eos ecclesiastice unitati et denunciaretis eos vere catholicos ac recte fideles, in prescriptis et aliis ipsos secundum Deum ab omni scandalo et infamia servantes immunes et in litteris testimonialibus et aliis amminiculis ipsos propter Deum misericorditer iuvaretis.

Quia vero, sicut accepimus, occasionis pretextu, quod mandatum huiusmodi comuniter suscepistis[ll)], ad reconciliationem illorum, qui[mm)] sub prescripta forma recon-

---

[ee)] *Davor zwei Punkte.* [ff)] *Davor zwei Punkte.* [gg)] *Bosquet:* propter. [hh)] *So Bosquet; s. auch Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 315 Z. 21.* [ii)] *Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 315 Z. 22:* doctioribus. [jj–jj)] *Nach* Religiosum — deportare *in der Zeile darunter eingetragen und mit* a *und* b *als Verweiszeichen hier eingefügt.* [kk)] ea(m); eis *bei Bosquet und in Br. XI 191 (196) Bd. 11 S. 316 Z. 1.* [ll)] *Migne:* susceptis. [mm)] *Bosquet:* quae.

[10)] Dieser Passus geht auf eine von Innocenz III. in Br. XII 66 eingeforderte Abänderung des ursprünglichen Propositum zurück: Bd. 12 S. 116 Z. 21–23 mit Anm. 4.

[11)] Zum Schuhwerk der Waldenser und Pauperes s. auch Br. XII 69 Bd. 12 S. 121 Z. 13–30.

ciliari ecclesie poposcerint[nn, 12)], nondum a vobis fuit processum uno[oo)] se per alium excusante, qua de causa multi, qui humiliter pecierunt intrare, hactenus remansisse foras ecclesiam asseruntur, nolentes, sicut eciam nec velle debemus, ut, qui trahi gratia divina creduntur, per duriciam vestram ab infinita Dei misericordia repellantur, fraternitati vestre per apostolica[pp)] scripta mandamus et districte precipimus, quatinus, si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater archiepiscope, cum quolibet aliorum constitutos in Terrasconensi[qq)] provincia huiusmodi penitentes iuxta prescriptam formam appellatione remota reconciliare procures, circa prefatum Durandum de Osca et Guill(elm)um[rr)] de sancto Antonino ac eorum socios secundum premissum[ss)] mandatum[13)] nichilominus procedendo; eis autem in fide recta et sana doctrina manentibus exhortandi licenciam tribuentes competentibus horis et locis.

Datum Lat(erani), IIII Idus Maii, anno terciodecimo.

In eundem modum scriptum est archiepiscopo[tt, 14)] et suffraganeis[15)] ecclesie Narbonensis.

Datum ut in alia per totum.

79.

Innocenz III. nimmt das Priorat St. Catherine in Waterford in den päpstlichen Schutz und bestätigt die Augustiner-Regel gemäß dem Gebrauch von Saint-Victor in Paris wie auch den gesamten rechtmäßigen Besitz.

Lateran, 1210 Mai 14.

Reg. Vat. 8, fol. 22^r <Nr. 78 bzw. 79>.

Bosquet 76, Nr. 80 (!) = Baluze II 451, Nr. 79 = Migne, PL, 216, 275, Nr. 79; Sheehy, Pontificia Hibernica, I 142, Nr. 69. — Potth. Reg. 4005; Bliss, Calendar, I 35; Dunning, Letters, 243, Nr. 42.

..[a)] Priori[1)] et canonicis sancte Kath(ar)ine[b)] Waterforden(sis)[c)].

Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum.

[nn)] *Bosquet, Migne:* poposcerunt. [oo)] *Bosquet:* una. [pp)] *Bosquet:* iterata. [qq)] *Bosquet, Migne:* Terraconensi. [rr)] *Bosquet, Migne:* Willelmum. [ss)] *Darnach* modu(m) *durchgestrichen.* [tt)] *Bosquet:* ... Archiepiscopo.

[12)] Auf Einwände der Prälaten, die Rekonziliation vorzunehmen, reagieren die Briefe XII 66–68.
[13)] Br. XIII 63 a pari.
[14)] S. Br. XIII 63 Anm. 1.
[15)] S. Br. XIII 63 Anm. 2.

79. [a)] *Fehlt bei Bosquet.* [b)] *Bosquet und Migne passim:* Catharin-. [c)] *In den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 31^r):* Vvaterfon'.

79. [1)] Vielleicht S., als Prior von St. Catherine's in Waterford (Augustiner-Priorat von Saint-Victor, Diöz. Waterford) bezeugt ca. 1204/1205. Vgl. Sheehy, *Pontificia Hibernica*, I, Nr. 69, S. 143, Anm. 1; Gwynn–Hadcock, *Religious Houses*, 197.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis[d)] postulationibus grato concurrentes assensu ecclesiam sancte Kath(ar)ine Waterforden(sis) et personas ibidem Domino famulantes cum omnibus bonis, que impresentiarum racionabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus; inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beatum[e)] Augustinum[e)] atque institucionem fratrum domus sancti Victoris Parisien(sis)[2)] in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Specialiter autem insulam extra muros Waterfordie[3)], in qua sita est ecclesia ipsa, cum omnibus pertinenciis suis; ecclesiam de Kilotheran[f, 4)] cum omnibus pertinenciis suis; ecclesiam de Inesbrit'[g, 5)] cum Kilholouan[h, 6)] et una carrucata terre ac aliis pertinenciis suis[i)]; ecclesiam de Kilcronete[7)] cum omnibus pertinenciis suis[j)]; Mullochpissi[8)] cum omnibus pertinenciis suis; ecclesiam de Baliclerechan[k, 9)] cum omnibus pertinenciis suis; ecclesiam de Fidim[l, 10)] cum omnibus pertinenciis suis; [ecclesiam de Kilmedimoc[11)] cum omnibus pertinentiis suis][m)] et omnia ecclesiastica beneficia de Odagatha Omilim[12)] cum omnibus pertinenciis suis et unam piscariam in Odagata[n)] Omilim[n)]; duas piscarias apud Fidim[o)] et unum mesuagium cum orto suo et quandam terram apud Inesbrit[p)] ad grangiam construendam, quam nobilis vir Helyas filius Norman(n)i[q, 13)] pia vobis liberalitate concessit, sicut in ipsius autentico plenius continetur, et capellam de Radlathgenan[r)] cum pertinenciis suis et unum mesuagium cum sex acris terre et duo curtilagia inter insulam et muros Waterfordie, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis[s)] et per vos ecclesie vestre

---

[d)] *Am Rande ein zwischen die Zeilen reichender, waagrechter Strich und:* C(on)firma(ti)o. [e–e)] *Bosquet, Migne:* beati Augustini regulam. [f)] *Bosquet, Migne:* Kiloteran. [g)] *Bosquet, Migne:* Inesbrie. [h)] *Bosquet, Migne:* Killolonan. [i)] *Fehlt bei Migne.* [j)] *Darnach am Ende der Zeile* Mulho *durchgestrichen.* [k)] B- *vielleicht korr. aus einem anderen Buchstaben. Bosquet, Migne:* Baliclierechan. [l)] *Bosquet, Migne:* Fidum. [m)] *So Bosquet und Migne.* [n–n)] *Bosquet, Migne:* Odagatha Omilim et. [o)] *Bosquet, Migne:* Fidum. [p)] *Bosquet, Migne:* Inesbric. [q)] *Migne:* Northmanni. [r)] *Bosquet, Migne:* Radlathgenam. [s)] *Bosquet:* nobis.

[2)] Saint-Victor (Augustiner-Chorherrenstift in Paris). Vgl. Bonnard, *Saint-Victor*, I 141–189, bes. 178; Berndt, *Scriptura*, bes. 116–120; Führer, *Abbaye*, 72–77. Zu den Consuetudines s. Jocqué–Milis, *Liber ordinis*.

[3)] Little Island im Fluss Suir östlich der Stadt Waterford, Prov. Munster. Vgl. Sheehy, *Pontificia Hibernica*, I, Nr. 69, S. 143, Anm. 2.

[4)] Killotheran, Bar. Middlethird. Vgl. *ebd.* Anm. 3.

[5)] Danes Island (Oileán Uí Bhric) bei Ballynahilla, Bar. Decies without Drum, Gft. Waterford. Vgl. *ebd.* Anm. 4.

[6)] Killaloan. S. Br. XIII 48 Anm. 11.

Bosquet 83, Nr. 85 (!) = Baluze II 455, Nr. 87 = Migne, PL, 216, 283, Nr. 87. — Potth. Reg. 4022; Bréquigny, Table chronologique, IV 482; Chevalier, Regeste dauphinois, II 48, Nr. 482; Bernoulli, Acta pontifica, I 39, Nr. 54; Alvira Cabrer, Pedro el Católico, III 1119, Nr. 1061.

Regensi episcopo[1] et abbati Cysterciensi[2], apostolice sedis legatis[a].

Ut[b] hii, qui orthodoxe fidei zelo succensi ad expugnandam hereticam pravitatem vivifice crucis karactherem assumpserunt[c], eo ferventius publicam causam gerant, quo se viderint proximorum subsidiis efficatius adiuvari, a vobis et a nonnullis aliis sepe[d] fuit nobis[d] suggestum et cetera sicut continetur in penultimo quaterno regesti XII anni de data Viterbii[3] per totum in eundem modum usque ad[e] explendum obsequium Iesu Christi in Burdegalensi, Bisuntina et Viennensi provinciis necnon Pampilonensi, Lemouicensi, Claromontensi, Aniciensi[f], Mimatensi, Caturcensi et Rutenensi[g, 4] episcopatibus super hoc comittendas vobis duximus vices nostras et cetera ut in eadem per totum usque in finem[h]. In aliis vero provinciis monitis et precibus insistatis, ut ad tantum fidei Christiane negocium consummandum de bonis sibi a Deo collatis subsidia conferant oportuna.

Datum Lat(erani), V Kal. Iulii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

---

87. [a]) legato; legatis *bei Bosquet und Migne: s. auch Br. XII 87 Bd. 12 S. 166 Z. 14.* [b]) *Am Rande:* De cruce signat(is). [c]) assumps(er)int*;* assumpserunt *bei Bosquet und Migne; s. auch Br. XII 87 Bd. 12 S. 166 Z. 16.* [d–d]) *Bosquet, Migne:* nobis fuit saepe*; s. auch Br. XII 87 S. 166 Z. 18.* [e]) *Br. XII 87 Bd. 12 S. 166 Z. 18–26:* quod tam clericos quam laicos constitutos in terris nobilium, qui contra Prouinciales hereticos sunt crucesignati, cogi per censuram ecclesiasticam faceremus, ut de proventibus suis saltem unius anni ad tam sanctum et sumptuosum opus implendum dictis crucesignatis portionem decimam largirentur; et quidem commonitorias litteras super hoc nos meminimus destinasse, sed, ut ad id aliqui cogerentur, ad quod erant monitis et exhortationibus inducendi, nobis et fratribus nostris durum admodum videbatur. Ceterum ad multam vestre suggestionis instantiam, quam ex devotionis credimus fervore procedere, quem habetis. [f]) Auicien. *Darnach* Mita *durchgestrichen.* [g]) *Bosquet:* Ruthenen.*; Migne:* Ruthenensi. [h]) *Br. XII 87 Bd. 12 S. 166 Z. 27–S. 167 Z. 5:* ita videlicet, quod eosdem non precise tantum ad decimam sed quantamlibet vobis expedire videbitur sollicitis exhortationibus inducatis ad coactionem, si aliter umquam poteritis, minime processuri. Quodsi forsan inceptum negotium nequiverit aliter expediri, ne — quod absit — occasione tali dissolvatur exercitus et opus tam utile deseratur, volumus et mandamus, quatinus universas personas ecclesiasticas tam regulares quam alias, quibus transmissum ad eos mandatum apostolicum fuerit a vobis exhibitum, ad prestandam illam suorum reddituum portionem, quam eisdem duxeritis designandam, qua convenit censura cogatis, attentius provisuri, ut ad compulsionem huiusmodi nullatenus procedatur a vobis, si suscitari grave scandalum timeatur; laicos vero, si forte ad coactionem fuerit procedendum, compelli nullatenus volumus absque consensu principalium dominorum.

87. [1]) Hugo (III.) Raimundi, B. von Riez (Suffr. von Aix) 1202–1223, päpstlicher Legat zwischen 1208 und 1213. Vgl. *Gallia Christiana* I 401f.; *Dict. HGE* 25 (1995) 274f.; Pécout, *Hugues Raymond.*

[2]) Arnald Amalrici (Amaury), Abt von Cîteaux (Zist.-Abtei, Diöz. Châlons-sur-Marne, Dép. Côte-d'Or) 1200/1201–1212, EB. von Narbonne 1212–1225. Vgl. *Dictionnaire des auteurs cisterciens* I/1 54f.; *LMA* 1 (1980) 996f.; Marilier, *Catalogue*, 2; Alvira Cabrer, *Arnaud Amaury.*

[3]) Br. XII 87, datiert Viterbo, 27. Juli 1209.

[4]) Die Kirchenprovinzen von Bordeaux, Besançon und Vienne und die Bistümer Pamplona, Limoges, Clermont, Le Puy, Mende, Cahors und Rodez.

88.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Hugo) von Riez und dem Abt (Arnald) von Cîteaux als päpstlichen Legaten auf, die schweren Vorwürfe gegen die Erzbischöfe (Berengar) von Narbonne und (Bernhard) von Auch zu untersuchen, ein Urteil zu fällen und dieses mit kirchlichen Strafen durchzusetzen.

Lateran, 1210 Juni 28.

Reg. Vat. 8, fol. 24^{r} <Nr. 85 *bzw.* 88*>.*

Bosquet 84, Nr. 88 = Baluze II 455, Nr. 88 = Migne, PL, 216, 283, Nr. 88. — Potth. Reg. 4027; Bréquigny, Table chronologique, IV 483; Alvira Cabrer, Pedro el Católico, III 1119, Nr. 1063.

Eisdem[a, 1)].

vgl. Gn 18, 20f.

In[b)] tantum clamor, qui dudum ascendit contra .. Narbonensem[2)] et .. Auxitanum[3)] archiepiscopos, invalescit, quod ipsum[c)] dissimulare[c)] ulterius sine periculo non valemus. Ne igitur ex nequitia sua possint commodum aliquod reportare, cum non solum neglegentes sint, ut asseritur, sed etiam pestilentes, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus inquisita super hiis[d)], que proponuntur contra eos, diligentius veritate ac habentes pre oculis solum Deum, quod super hoc fuerit[e)] canonice[e)] statuendum, sublato appellationis obstaculo statuatis, facientes, quod statueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari.

vgl. Ps 53, 5

Datum Lat(erani), IIII Kal. Iulii, anno XIII°.

89.

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Johannes) von Esztergom auf, die Schenkung eines Grundstücks durch den Adeligen Herde, Gespan von (Kraszna-)Somlyó (?), auf dem dieser eine Kirche errichten will, an die römische Kirche entgegen zu nehmen und dies beurkunden zu lassen und weiters den Bischof (Desiderius) von Csanád als zuständigen Ordinarius zu ermahnen, die päpstliche Erlaubnis zum Kirchenbau und die Übertragung von Einkünften und gegebenenfalls von Zehenten an die Kirche gegen eine angemessene Entschädigung zu akzeptieren; im Weigerungsfall soll der Erzbischof selbst für die Durchführung sorgen.

Lateran, 1210 Juni 30.

---

88. [a)] *Adresse am Rande vorgemerkt.* [b)] *Am rechten Rand ein Schrägstrich und Zeichnung einer verweisenden Hand.* [c–c)] *Bosquet, Migne:* dissimulare ipsum. [d)] *Bosquet, Migne:* omnibus. [e–e)] *Bosquet, Migne:* canonice fuerit.

88. [1)] S. Br. XIII 87 Anm. 1 und 2.

[2)] S. Br. XIII 63 Anm. 1. Zum langjährigen Vorgehen Innocenz' III. gegen ihn aufgrund breitgefächerter Vorwürfe s. Br. III 193 (24) (*Potth. Reg.* 1177; Dr.: Migne, *PL*, 214, 903–906: 905 BC), Br. VI 81, VII 78, VIII 107 (106), IX 66, X 68.

[3)] Bernhard (IV.) von Montaut, EB. von Auch 1200–1214. Vgl. *Gallia Christiana* I 989f.; *Dict. HGE* 5 (1931) 280; 8 (1935) 1048f. S. auch den an ihn gerichteten Br. XIV 32 (Migne, *PL*, 216, 408) mit der Aufforderung, zurückzutreten.

Reg. Vat. 8, fol. 24^{r} <Nr. 86 *bzw.* 89*>.*

Bosquet 84, Nr. 89 = Baluze II 455, Nr. 89 = Migne, PL, 216, 284, Nr. 89. — Potth. Reg. 4030; Knauz, Monumenta, I 195, Nr. 186.

Archiepiscopo Strigoniensi[a, 1)].

Veniens ad apostolicam sedem dilectus[b)] filius[b)] nobilis vir Herde, comes de Symilione[c, 2)], quendam fundum suum beato Petro apostolo et Romane ecclesie obtulit humiliter et devote, in quo ad honorem eiusdem apostoli ecclesiam edificare disposuit[d)] et eidem nonnullas de suis possessionibus[e)] assignare. Nos igitur eius[f)] pium[f)] propositum in Domino commendantes presencium tibi auctoritate mandamus, quatinus venerabilem fratrem nostrum Cenadiensem episcopum[3)], loci diocesanum, monere prudenter et efficaciter [inducere][g)] non postponas, ut pro suis iusticiis, quas de ipsis esset possessionibus percepturus, ab eodem comite moderatam recompensacionem recipiat et superhabundantem gratiam recognoscat, quam ei facimus in hac parte, cum in huiusmodi fundo absque omni recompensacione libera posset ecclesia fabricari, sicut Hospitalariis et Templariis aliisque[h)] nonnullis[h)] per privilegia est concessum[4)]. Quodsi monitis tuis memoratus episcopus acquiescere forte nollet, tu id auctoritate nostra sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo exequi non omittas, recipiens in utroque casu prefatum fundum in ius et proprietatem apostolice sedis per publicum instrumentum et concedens eidem edificandi ecclesiam in eodem liberam facultatem. Preterea, cum idem comes decimas, quas prefato episcopo persolvere consuevit, eidem ecclesie cupiat assignari compensacione propter hoc ipsi[i)] exhibita competenti, volumus et mandamus, ut eundem episcopum monere ad hoc prudenter et efficaciter inducere non retardes.

Datum Lat(erani), II Kal. Iulii, anno XIII°.

---

89. [a)] *In den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 31^{v}):* Stringonien. [b–b)] dil(ectus) fil(ius) *über der Zeile nachgetragen.* [c)] -l- *vielleicht korr. aus einem Schaft im Mittelband. Bosquet, Migne:* Similione. *In den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 31^{v}):* Somilione. [d)] *Bosquet, Migne:* disponit. [e)] *Am Rande:* Lice(n)tia edifica(n)di ecc(lesi)a(m). [f–f)] *Bosquet, Migne:* pium eius. [g)] *So Bosquet und Migne. S. unten Z. 23.* [h–h)] no(n)null(is)q(ue); aliisque nonnullis *bei Bosquet und Migne.* [i)] *Darnach ein überflüssiger Schaft.*

89. [1)] Johannes, EB. von Esztergom (Gran) 1205–1223, zuvor EB. von Kalocsa–Bács 1202–1205. Vgl. *Dict. HGE* 15 (1963) 1102; Sweeney, *Esztergom Election Dispute*, bes. 118f.

[2)] Der sonst nicht bezeugte Gespan Herde wurde dem Komitat Kraszna–(Szilágy-)Somlyó (ht. Crasna und Şimleu Silvaniei, Kreis Sălaj, Rumänien) zugeordnet und vorschlagsweise mit dem 1214 bezeugten Gespan Hetze (?) von Temes(vár) (ht. Timişoara, Rumänien) gleichgesetzt. Vgl. Wertner, *Ungarns Comitatsbeamtenkörper,* 406, 443. Zum schlecht dokumentierten Komitat vgl. Győrffy, *Geographia*, III 501–522. Der verballhornte Name könnte sich aber auch auf den Komitat Somogy (Symigium) in Westungarn beziehen, unter dessen besser bekannten Gespanen sich allerdings weder Herde noch ein anderer Name für 1210 findet, jedoch 1209 und 1213, also vielleicht kontinuierlich, Alexander als Gespan bezeugt ist. Vgl. Wertner, *ebd.*, 427; Szentpétery, *Regesta*, 80, Nr. 248; 81, Nr. 250 (1209); 90, Nr. 281; 92, Nr. 284, 286 (1213); Nr. 295, S. 97 (1214); 548, 565, 568 (Index). Vgl. Lelkes, *Magyar helységnév-azonosító szótár*, 230, 348, 372, 386.

[3)] S. Br. XIII 12 Anm. 1.

[4)] Vgl. die feierlichen Privilegien „Omne datum optimum“ für die Templer und „Christianae fidei religio“ für die Johanniter bei Hiestand, *PU Templer*, II 86f., 100f. bzw. 115, 132.

90.

Innocenz III. gewährt der Abtei Saint-Germain-des-Prés in Paris, dass ungeachtet des Baus der neuen Stadtmauer von Paris durch das Gebiet ihrer Eigenpfarre Saint-Sulpice ihre Rechte hinsichtlich neu zu errichtender Gebäude und der Bewohner der Pfarre weiterbestehen sollen.

Lateran, 1210 Juni 28.

Reg. Vat. 8, fol. 24r <Nr. 87 bzw. 90>.

Empfängerüberlieferung: Original: Paris, Archives Nationales, L 238, Nr. 72; Dr.: Poupardin, Saint-Germain, II 172, Nr. 385; Reg.: Barbiche, Actes, I 38, Nr. 88.

Dumay 17, Nr. 7; Bosquet 85, Nr. 90 = Baluze II 456, Nr. 90 = Migne, PL, 216, 284, Nr. 90. — Potth. Reg. 4028; Bréquigny, Table chronologique, IV 483.

Abbati[1] et conventui sancti Germani de Pratis, Parisiens(ibus).

Cum per medium vinearum [vestrarum][a] infra parrochiam sancti Sulpicii[b, 2] positarum, que ad vestrum monasterium pertinet pleno iure, ad munitionem civitatis Parisiensis construantur de novo muri[3], sicut ex vestra insinuatione didicimus[c], provideri super hoc vobis auctoritate apostolica peciistis. Ne igitur occasione[d] murorum huiusmodi[d] parrochiale ius in monasterii vestri dispendium immutetur, presentium vobis auctoritate concedimus, ut idem ius in edificiis eiusdem parrochie construendis[e] et ipsorum habitatoribus habeatis, quod in ipsius veteribus edificiis et habitatoribus[f] eorundem dinoscimini hactenus[g] habuisse[g, 4].

Nulli ergo et cetera hanc paginam nostre concessionis[h] et cetera usque incursurum.

Datum Lat(erani), IIII Kal. Iulii, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

---

90. [a]) *So Dumay, Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* [b]) Supplicii; Sulpicii bei *Dumay, Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* [c]) *Bosquet:* didiscimus. [d–d]) *Dumay, Bosquet, Migne:* huiusmodi occasione murorum*; s. die Empfängerüberlieferung.* [e]) *Dumay:* constituendis. [f]) *Bei Dumay folgt:* et. [g–g]) *Dumay:* habuisse hactenus. [h]) *Bei Dumay, Bosquet und Migne folgt:* infringere vel ei.

90. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einem Photo des Originals):*

12: Abbati — Parisiens(ibus)] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. abbati et conventui sancti Germani de Pratis Parisien(sibus) salutem et apostolicam benedictionem. 13: vinearum] vinearum vestrarum*; s. Anm. a.* 13: Supplicii] Sulpitii*; s. Anm. b.* 16f.: occasione — huiusmodi] huiusmodi occasione murorum*; s. Anm. d–d.* 21: et cetera] omnino hominum liceat. 21: et cetera usque] infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit.

90. [1]) Johannes (I.) von Vernon, als Abt von Saint-Germain-des-Prés (Ben.-Abtei in Paris) bezeugt 1207–1216. Vgl. *Gallia Christiana* VII 447f.; Molinier, *Obituaires Sens*, I 283, 285, 301.

[2]) Pfarre Saint-Sulpice im Vorort Saint-Germain-des-Prés in Paris, der und dessen Pfarren der Abtei unterstanden. Vgl. Lebeuf, *Histoire*, I 277–283; Lorentz–Sandron, *Atlas*, 36f.; Foreville, *Innocent III*, 27f.

[3]) Zur neuen Stadtmauer König Philipps II. August, die mit der 1200/1211 errichteten Befestigung des linken Seineufers das bebaute vom unbebauten Gebiet des Vororts Saint-Germain trennte, vgl. Lorentz–Sandron, *Atlas*, 36–39.

[4]) S. auch einen Schiedsspruch in dieser Sache vom Januar 1211; Dr.: Poupardin, *Saint-Germain*, II 175, Nr. 389; bestätigt im Br. Honorius' III. vom 29. April 1217: *Potth. Reg.* 5538; Pressutti, *Regesta Honorii III*, 552; Barbiche, *Actes*, I 67, Nr. 160.

91.

Innocenz III. verbietet nach dem Beispiel Papst Lucius' (III.), dass jene, die Land, Weingärten oder Häuser von der Abtei Saint-Germain-des-Prés in Paris innehaben, ohne deren Zustimmung diese zu einem höheren Zins weiterverpachten oder anderen Personen oder Kirchen zum Schaden der Abtei eine jährliche Zahlung daraus zuweisen.

Lateran, (1210) Juni 27.

Reg. Vat. 8, fol. 24^{r-v} <Nr. 88 bzw. 91>.

Bosquet 85, Nr. 91 = Baluze II 456, Nr. 91 = Migne, PL, 216, 285, Nr. 91. — Potth. Reg. 4023; Bréquigny, Table chronologique, IV 482.

Eisdem[a, 1].

Quanto specialius monasterium vestrum beati Petri iuris existit et maiorem devocionem apostolice sedi sepius exhibetis, tanto celerius, ubi cum Deo possumus, petitiones vestras admittimus et indempnitati monasterii vestri volumus attentius providere. Eapropter ad exemplar felicis recordationis Lucii pape, predecessoris nostri[2], auctoritate apostolica prohibemus, ne illi, qui terras, vineas aut domos censuales nomine vestro tenent, aliis ad maiorem censum sine assensu vestro concedant neque alienis personis vel ecclesiis in eis sine vestra licencia pensionem aliquam annuatim solvendam assignent, per que monasterio vestro valeat[b] * dispendium provenire[b]. * fol. 24^{v}

Nulli ergo et cetera hanc paginam nostre prohibicionis infringere vel ei et cetera[c]. Datum Lat(erani), V Kal. Iulii et cetera ut[d] supra[d].

92.

Innocenz III. trägt den Äbten (Rudolf) von Bourg-Dieu und (Peter) von Saint-Jean-d'Angély und dem Archidiakon (Hugo ?) von Bourges auf, den Eid des Bischofs (Mauritius) von Poitiers, dass er nicht aus Missachtung, sondern nur aus Furcht vor seinen Feinden der wiederholten Ladung seines Metropoliten, des Erzbischofs (Wilhelm) von Bordeaux, an der Weihe des Bischofs (Radulf) von Périgueux teilzunehmen, nicht Folge geleistet hat, entgegenzunehmen und daraufhin die deshalb über ihn verhängte Suspension ad cautelam aufzuheben und ihn nicht für straffällig zu erachten, wenn er zuvor zelebriert hat; andernfalls sollen sie dafür sorgen, dass die Suspension bis zur Genugtuung aufrecht erhalten wird.

Lateran, 1210 Juni 26.

---

91. [a]) *Adresse am Rande vorgemerkt.* [b–b]) *Bosquet, Migne:* dispendium valeat pervenire. [c]) *Bei Bosquet und Migne folgt:* usque incursurum. [d–d]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

91. [1]) S. Br. XIII 90 Anm. 1.

[2]) Papst Lucius III. am 20. Februar 1184; *JL* 14985; Böhmer–Baaken–Schmidt, *Regesta Imperii*, I 558, Nr. 963; Dr.: Poupardin, *Saint-Germain*, II 5, Nr. 231.

Reg. Vat. 8, fol. 24ᵛ <Nr. 89 bzw. 92>.

Bosquet 85, Nr. 92 = Baluze II 456, Nr. 92 = Migne, PL, 216, 285, Nr. 92. — Potth. Reg. 4021; Bréquigny, Table chronologique, IV 482.

Sancte Marie Dolen(sis)[1] et sancti Iohannis Angeliacen(sis)[2] abbatibus, Biturícensis et Xanctonensis diocesum, et archidiacono Biturícensi[3].

Ex parte venerabilis fratris nostri ..[a] Burdegalensis archiepiscopi[4] per dilectum filium G., procuratorem eiusdem, fuit propositum coram nobis, quod, cum venerabilis frater noster Turonensis[b] archiepiscopus[5] de mandato nostro[6] insisteret et tam gravamen Petragoricensis ecclesie metropolitico[c] sibi iure subiecte, que magnis laboribus[d] et dispendiis[d] diucius fuerat fatigata, quam consueta quorundam malicia consecrationem Petragoricensis episcopi[7] volentium impedire accelerandam[e] ipsius consecrationem episcopi perurgerent et nonnisi tres tantum episcopi essent in Burdegalensi provincia tunc presentes[8], venerabili fratri nostro .. Pictauensi episcopo[9], qui, ex quo promotus fuit in episcopum, numquam metropolitanam ecclesiam postmodum visitavit, licet pluries vocatus fuerit ad eandem in virtute obedientie ac sub debito iuramenti, quo ecclesie Burdegalensi tenetur, pena suspensionis adiecta precepit, ut ad consecrationem ipsius episcopi properaret[f]. Et ut omnis occasionis materia tolleretur — licet nullum periculum immineret, cum generales treuge inter Francorum et Anglie reges inite[10] servarentur —, tam per litteras senescalci regis Anglie, qui regalium negociorum procurationem habebat in eisdem partibus generalem[11], quam per venerabilem fratrem nostrum H(enricum), episcopum Xancto-

---

92. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b]) *Bosquet: ...* Turonen. [c]) metropolico. [d–d]) *Bosquet, Migne:* dispendiis et laboribus. [e]) accelererandam. [f]) procuraret; properaret *bei Bosquet und Migne.*

92. [1]) Rodulfus de Podio, als Abt von Bourg-Dieu (Bourg-Déols, Notre-Dame de Déols) (Ben.-Abtei, Diöz. Bourges, Cant., Arr. Châteauroux, Dép. Indre) bezeugt 1205, gest. 1211. Vgl. *Gallia Christiana* II 151; *Dict. HGE* 10 (1938) 162.

[2]) Peter (II.), als Abt von Saint-Jean-d'Angély (Ben.-Abtei, Diöz. Saintes, Cant., Arr. Saint-Jean-d'Angély, Dép. Charente-Maritime) bezeugt 1170–1214. Vgl. *Gallia Christiana* II 1101f.

[3]) Archidiakon von Bourges, im Juli 1206 ist H. bezeugt (s. Br. IX 110), am 29. Oktober 1211 Magister Hugo (s. *Gallia Christiana* XII, instrumenta, 150, Nr. 72).

[4]) S. Br. XIII 85 Anm. 2.

[5]) Gottfried (I.) La Lande, EB. von Tours 1206–1208. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 99f.; Baldwin, *Government*, 308, 439.

[6]) Br. X 182 vom 7. Januar 1208 über die Absetzung des Bischofs von Périgueux (Suffr. von Bordeaux), Raimund (IV.) von Castelnau (1197–1210); vgl. *Gallia Christiana* II 1471f.; Lainé, *Fasti XIII: Bordeaux*, 105.

[7]) Raimunds Nachfolger Raoul (I.) de la Tour ist von 1211–nach 1220 bezeugt. Vgl. *Gallia Christiana* II 1472f.; Lainé, *Fasti XIII: Bordeaux*, 105.

[8]) Vgl. *Decretum Gratiani* D. 64 c. 4, 7; D. 65 c. 5 § 1; D. 66 p. c. 1, c. 2; D. 68 c. 5 § 2; D. 80 c. 6 (Friedberg, *CorpIC*, I 248f., 251, 253, 255, 281); *JK* †57 (http://www.pseudoisidor.mgh.de/pdf/027b.pdf) = Comp. I 1. 4. 9 = X 1. 11. 6 (Friedberg, *CorpIC*, II 119).

[9]) S. Br. XIII 85 Anm. 3.

[10]) Der für zwei Jahre abgeschlossene Waffenstillstand von Thouars, 26. Oktober 1206, zwischen König Philipp II. August von Frankreich (s. Br. XIII 66 Anm. 2) und König Johann von England (s. Br. XIII 67 Anm. 2): Dr.: Baldwin, *Registres*, 497, Nr. 51. Nach weiteren Zusammenstößen in den folgenden Jahren wurde auch 1208 ein Waffenstillstand geschlossen. Vgl. Cartellieri, *Philipp II. August*, IV 246–249, 262–271, bes. auch 270; Warren, *King John*, 116–120.

[11]) Im ersten Jahrzehnt des 13. Jhs. wechselte das Amt des Seneschalls des englischen Königs im Poitou zwischen Robert von Thornham (Thurnham, Kent) (bezeugt 1201–1205, 1209?) und Savaric

nensem[12]), qui eum securum ducere ac reducere promittebat, securum conductum eidem[g]) preparavit[g]). Sed idem et venire postposuit et suspensionis sententiam non servavit[13]). Cumque postmodum idem archiepiscopus ad locum, quem de nunciorum ipsius episcopi voluntate in Pictauensi diocesi assignarat, ut tunc saltem precedentem inobedientiam per obedientiam redimeret subsequentem, prefixo termino cum aliis episcopis convenisset, idem Pictauensis venire contempsit. Ut autem idem archiepiscopus omnem ipsius contumaciam superaret, diem et locum alium in Pictauensi diocesi assignavit, ubi, cum ceteri suffraganei eidem Pictauensi metropolitani sui exponerent questionem, ipse, quod venire non omiserat propter contemptum vel odium ecclesie vel persone sed propter metum regis Anglie se obtulit iuraturum. Sed cum hoc memoratus archiepiscopus sibi ab eisdem suffraganeis expositum acceptaret, idem Pictauensis se[h]) optulisse iuramentum huiusmodi contradixit. Propter quod et latam in eum per ipsum suspensionis sententiam confirmari et debitam sibi penam infligi pro tanta contumacia postulabat.

Procurator vero eiusdem episcopi proposuit ex adverso, quod, licet olim dicto archiepiscopo dederimus in mandatis, ut ad loca suspecta eundem episcopum non vocaret, ipse tamen mandato nostro contempto ad ea loca pro consecratione ipsius Petragoricensis vocabat eundem, ad que propter Brabantionum[14]) et capitalium inimicorum suorum insidias sine proprii corporis periculo accedere non audebat. Unde tam propter hec quam propter alia, que inferebat, gravamina nostram audientiam appellavit, tam per litteras suas quam per W(illelmum), archidiaconum suum[15]), et alios clericos suos legitime se excusans. Cum autem apud Cheseium[16]), ubi de venerabilium fratrum nostrorum Xanctonensis et Engolismensis[17]) [episcoporum][i]) consilio archiepiscopus et ipse convenerant, excusationes suas esse iustas per testes omni exceptione maiores[18]) fuerit probare paratus et idem archiepiscopus hoc recipere noluisset super hoc ab eo exigens iuramentum, ipse appellationem primo interpositam innovavit, sed archiepiscopus appellatione contempta suspensionis sententiam protulit in eundem.

[g–g]) *Bosquet, Migne:* praeparavit eidem. [h]) *Darnach* ob *durchgestrichen.* [i]) *So Bosquet und Migne.*

von Mauléon (Gft. Poitou, ht. Dép. Deux-Sèvres) (bezeugt 1205–1209). Eher ist hier Savaric gemeint, der das an erster Stelle genannte Mitglied der Kommission war, die über die Einhaltung des Waffenstillstands von Thouars (s. oben Anm. 10) wachen sollte. Vgl. Hardy, *Rotuli litterarum patentium*, bes. 49b, 90b und ad indicem (unpaginiert) s. v. Malo Leone, Pictavia, Turnham; Cao Carmichael de Baiglie, *Savary de Mauléon*, 276–279; *ODNB* 54 (2004) 616f.

[12]) Heinrich, B. von Saintes (Suffr. von Bordeaux) 1189–1217 (resigniert). Vgl. Briand, *Église*, I 545–547; Pressutti, *Regesta Honorii III*, 610.

[13]) Vgl. zu einem ähnlichen Konflikt zwischen dem B. Mauritius von Poitiers und seinem Metropolitan Br. X 191 vom 18. Januar 1208.

[14]) S. Br. XIII 93 Anm. 4.

[15]) Wilhelm de Roca (de Rupe), als Archidiakon von Poitiers bezeugt 1204–1218. Vgl. Vallière, *Fasti X: Poitiers*, 248.

[16]) Vielleicht Chizé, Cant. Brioux-sur-Boutonne, Arr. Niort, Dép. Deux-Sèvres. Vgl. Ledain, *Deux-Sèvres*, 85.

[17]) Wilhelm (III.) Testaud, B. von Angoulême (Suffr. von Bordeaux) 1206–1227. Vgl. *Gallia Christiana* II 1007; *Dict. HGE* 3 (1924) 256.

[18]) Vgl. Codex 8. 37 (38). 14. 2 (Ed. Krueger 351).

Unde tam dictam sententiam quam, quicquid post appellationem in eius preiudicium[j)] est[j)] attemptatum[19)], peciit irritari.

Cum autem nobis non constiterit de premissis, contentionem huiusmodi de procuratorum consensu tali providimus moderamine sopiendam, ut prefatus episcopus coram vobis exhibeat iuramentum, quod nec in contemptum archiepiscopi memorati nec, ut ipsius se iurisdictioni subduceret, sed propter metum hostilem ad consecrationem Petragoricensis episcopi accedere detrectavit. Quo prestito coram vobis latam in ipsum suspensionis sententiam revocari faciatis per prefatum archiepiscopum ad cautelam nec ei deputetur ad penam, quod post suspensionem huiusmodi divina officia celebravit. Alioquin usque ad satisfactionem idoneam dicta suspensionis sententia inviolabiliter observetur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, quod a nobis taliter est provisum, faciatis per censuram ecclesiasticam appellatione remota executioni mandari; nullis litteris obstantibus, si que apparuerint a sede apostolica preter assensum partium impetrate.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum[k)] et cetera.

Datum Lat(erani), VI Kal. Iulii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

93.

Innocenz III. trägt den Äbten (Rudolf) von Bourg-Dieu und (Peter) von Saint-Jean-d'Angély und dem Archidiakon (Hugo ?) von Bourges auf, im Konflikt zwischen dem Erzbischof (Wilhelm) von Bordeaux und dessen Suffragan, dem Bischof (Mauritius) von Poitiers, die Parteien vorzuladen und zu hören und entweder mit deren Einverständnis ein Urteil zu fällen und mit kirchlichen Strafen durchzusetzen oder ihre Ergebnisse an den Papst zu schicken und den Parteien einen Termin zur Entgegennahme seines Urteils an der Kurie zu setzen.

Lateran, 1210 Juni 18.

Reg. Vat. 8, fol. 24^{v}–25^{r} <Nr. 90 bzw. 93>.

Bosquet 87, Nr. 93 = Baluze II 457, Nr. 93 = Migne, PL, 216, 287, Nr. 93. — Potth. Reg. 4017; Bréquigny, Table chronologique, IV 483.

Eisdem[a, 1)].

Significante venerabili fratre nostro .. Burdegalensi archiepiscopo[2)] nos accepisse noscatis, quod, cum venerabili fratri nostro Pictauensi[b)] episcopo[3)], suffraganeo suo,

---

[j–j)] *Bosquet, Migne:* est praeiudicium. [k)] *Bei Bosquet folgt:* ea.

[19)] S. Br. XIII 1 Anm. 15.

93. [a)] *Bosquet:* Dolensi et S. Ioannis Angeliacensi Abbatibus Bituricensis et Xanctonensis Dioecesum, et archidiacono Bituricensi. *Der Platz, der im Reg. Vat. 8 für die Adresse ausgespart wurde, deutet auf eine Wiederholung der Adressaten statt des* eisdem *im Originalregister hin. Vgl. Einleitung S. XXVII. In den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 31^{v}) steht* eisdem. [b)] *Bosquet:* .... Pictauen.

93. [1)] S. Br. XIII 92 Anm. 1, 2 und 3.
[2)] S. Br. XIII 85 Anm. 2.
[3)] S. Br. XIII 85 Anm. 3.

ad querelam subditorum ipsius pena suspensionis adiecta inhibere curasset, ne pecuniarias procurationes ab ecclesiis, quas non visitabat, exigeret vel[c)] collectas maiores, quam predecessores sui facere consueverant, in subditis sibi[d)] ecclesiis exerceret[c)], idem eius inhibitione contempta et pecuniam pro procurationibus et collectas solito maiores exegit, suspensionis sententiam, in quam propter hoc incidit, non observans. Ad expellendum quoque Ruptarios et Bramantiones[4)] de Burdegalensi provincia sibi auxilium, prout prestita fide * promiserat, non impendit, inhibens et impediens, ne * fol. 25[c] ipse Pictauensem diocesim ex officio suo visitans procuracionibus consuetis et debitis honoretur[5)]. Clericos quoque, quos dictus archiepiscopus ad presentationem vicarii sui eodem episcopo[e)] non existente in diocesi sua[f)] ordinarat, ab ordinum susceptorum ab eo exequtione suspendit nec voluit ad mandatum ipsius eandem suspensionis sententiam relaxare, sententias excommunicationis ab eodem episcopo in subditos suos latas, quas idem archiepiscopus auctoritate metropolitana iustitia exigente confirmat, eo inconsulto nullaque super hoc optenta potestate relaxans. Quandam insuper pecunie summam[g)] ab Helya, predecessore suo[6)], mutuatam episcopo Pictauensi et in ultima voluntate[h)] eius[h)] ad fabricam Burdegalensis ecclesie deputatam sibi restituere contradicit, in hiis et multis aliis contra iuramentum Burdegalensi ecclesie ac predecessori suo prestitum temere veniendo.

Ex parte vero ipsius episcopi fuit propositum ex adverso, quod intrans idem archiepiscopus annis singulis pluries diocesim Pictauensem non vocatus ab eo vel a terre principe[7)] invitatus nullaque necessaria causa tractus a suis subditis frequentius debito de leuga fere in leugam dietas faciens exigit procurari, correctiones tanquam ordinarius faciens per totam diocesim Pictauensem, in qua ipse preter ordinariam delegatam a nobis super correctionibus optinet potestatem. Sententias quoque in raptores et alios, qui iniuriantur ecclesiis vel personis ecclesiasticis sive illis, qui sub ecclesie protectione consistunt, ab eo exigente iustitia promulgatas iuris ordine[8)] pretermisso relaxans tractat causas in eadem diocesi et committit, licet ad eum non fuerit appellatum. Qui eo quondam apud sedem apostolicam existente ad ecclesiam Pictauensem accedens et in eius et subditorum suorum gravamen procurationes ibidem recipiens quosdam diocesis sue clericos, licet super hoc ab eo mandatum non habuerit, ordinavit. Et, licet componentibus inter eos venerabili fratre nostro .. Nannetensi

---

[c–c]) *Eine Zeile darunter geschrieben und durch Verweiszeichen eingefügt.* [d]) *Darnach* ex *durchgestrichen.* [e]) *Darnach* e *durch Unterpungierung getilgt.* [f]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [g]) *Bosquet, Migne:* quantitatem. [h–h]) *Bosquet, Migne:* eius voluntate.

[4]) Ruptuarii und Bramanzones sind Bezeichnungen für Söldner- und Räuberbanden im 12. und 13. Jh. in Frankreich. Vgl. *Dict. Théologie Catholique* 3 (1910) 1924f.; Du Cange, *Glossarium*, I 725; VII 237f.; Grundmann, *Rotten*, 424–436, 472–480.

[5]) Vgl. *JL* 15342 (Lucius III.) = Comp. II 3. 25. 3 = X 3. 39. 14 (vgl. Holtzmann, *Kanonistische Ergänzungen*, Nr. 60); Br. VII 27 Bd. 7 S. 48 Z. 35–S. 49 Z. 7 = Comp. III 3. 37. 6 = X 3. 39. 21 (Friedberg, *CorpIC*, II 625f., 631).

[6]) Elias (I.) von Malemort, EB. von Bordeaux 1188–1207. Vgl. *Dict. HGE* 9 (1937) 1190; Lainé, *Fasti XIII: Bordeaux*, 100–104.

[7]) Wahrscheinlich ist König Johann von England gemeint, der in Teilen des Poitou, in der Gascogne und in Aquitanien seine Herrschaft weitgehend behaupten konnte. S. Br. XIII 92 Anm. 10 und Vincent, *Peter des Roches*, 28f., 44f., 64.

[8]) Vgl. *JL* 13583 (Alexander III.) = Comp. I 1. 23. 2 (Friedberg, *Compilationes antiquae*, 9); Br. V 156 (157) Bd. 5 S. 304f. = Comp. III 5. 21. 14 = X 5. 39. 40 (Friedberg, *CorpIC*, II 906f.).

episcopo[9)] et .. decano Pictauensi[10)] aliisque pluribus idem archiepiscopus promisisset, quod nihil unquam contra eum vel honorem suum machinari de cetero attemptaret, nisi forsan ipsi primitus requisiti terminare non possent, si quid adversus eum proponeret questionis; multa tamen contra compositionem eandem et promissionem suam temere veniens in eius et honoris sui dispendium attemptavit super hiis et aliis iniuriosus existens eidem plurimum et molestus.

Quia vero nobis non constitit de premissis, discretioni vestre de procuratorum utriusque partis assensu per apostolica scripta mandamus, quatinus competenti loco partibus convocatis et rationibus hincinde plenius auditis et cognitis, si de partium processerit voluntate, causam ipsam appellatione remota fine canonico decidatis et faciatis, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Alioquin eandem sufficienter instructam ad nostram presentiam remittentes prefigatis partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui representent recepture iudicium equitatis. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione remota cogatis veritati testimonium perhibere; nullis litteris obstantibus, si que apparuerint a sede apostolica preter assensum partium impetrate.

Quodsi non omnes et cetera, duo[i)] et cetera.

Datum Lat(erani), XIIII Kal. Iulii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

94.

Innocenz III. teilt allen Erzbischöfen und Bischöfen mit, dass er die Rechtgläubigkeit des Bernardus Prim und seiner Gefährten — deren Eid, Bekenntnis und Lebensform inseriert sind — anerkennt, und trägt ihnen auf, weitere seiner Anhänger nach Ablegung desselben Eides wieder in die Kirche aufzunehmen, für rechtgläubig zu erklären und ihnen Hilfe angedeihen zu lassen.

Lateran, 1210 Juni 14.

Reg. Vat. 8, fol. 25^{v}–26^{r} <Nr. 91 bzw. 94>.

Bosquet 88, Nr. 94 = Baluze II 458, Nr. 94 = Migne, PL, 216, 289, Nr. 94; Gonnet, Enchiridion, I 136–140. — Potth. Reg. 4014; Bréquigny, Table chronologique, IV 481.

Vgl. Selge, Waldenser, I 188–192; Papini, Valdo, 261–263.

Universis archiepiscopis et episcopis, ad quos littere iste pervenerint.

vgl. Mt 27, 6 **C**um[a)] inestimabile pretium sanguinis domini[b)] nostri[b)] Iesu Christi et cetera. Require supra in littera scripta eodem quaterno[1)] per totum usque quapropter[c)]

[i)] *Bei Bosquet und Migne folgt:* vestrum ea.

[9)] S. Br. XIII 7 Anm. 5.

[10)] Philipp Balleos, Domdekan von Poitiers 1206–1223, B. 1223–1234. Vgl. Vallière, *Fasti X: Poitiers*, 347.

94. [a)] *Am Rande eine verweisende Hand, mit Bleistift ein Stern, und:* Sup(er) fide catholica. [b–b)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [c)] *Br. XIII 78 S. 135 Z. 8.*

94. [1)] Br. XIII 78.

venientes ad apostolicam sedem dilectos filios Bernardum Primum[2)] et Guill(elmu)m[d)] Arnaldi et quosdam alios paterna benignitate suscepimus ac ea, que nobis et cetera ut in eadem usque intellectu[e)] eosque diligenter examinatos atque correptos hoc modo reconciliavimus ecclesiastice unitati:

‹‹Ego››, inquit, ‹‹Bernardus Primus, appositis Evangeliis et scripto confessionis imposito super illa, hoc presto inter manus tuas, summe pontifex, iuramentum Deum invocando testem in animam meam, quod ita et cetera[f)] usque pro[g)] posse resistam. Hoc autem profiteor non esse iuramentum, quale Christus legitur in[h)] Evangelio prohibuisse[h)], sed quale a sanctis doctoribus [Augustino et aliis][i)] perhibetur esse prestandum causa necessitatis cum veritate et iustitia et iudicio[3)]››. vgl. Mt 5, 34–37

Scriptum autem confessionis est tale[4)]: Pateat omnibus fidelibus, quod ego Bernardus Primus et omnes fratres mei propositis nobis sacrosanctis Evangeliis corde credimus, fide intellegimus, ore confitemur et simplicibus verbis, id est sine duplicitate, fideliter affirmamus Patrem et Filium et Spiritum sanctum tres personas esse unum Deum et, sicut in [‹‹Credo in Deum›› et in][j)] ‹‹Credo in unum Deum›› et in ‹‹Quicumque vult›› continetur[5)], confitemur esse per omnia sentiendum. Item[k)] corde credimus et ore confitemur Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum, de quo nobis[l)] est sermo, esse creatorem et gubernatorem ac dispositorem omnium rerum visibilium et invisibilium, corporalium et spiritualium. Item[m)] corde credimus et ore confitemur Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum legem Moysi dedisse et ipsum in prophetis locutum fuisse et Iohannem Baptistam ab ipso missum esse sanctum et iustum et in utero matris sue Spiritu sancto repletum. Item corde credimus et ore confitemur incarnationem domini nostri Iesu Christi, ut, qui erat filius Dei in divinitate Patri equalis, fieret homo in utero sancte Marie matris sue veram carnem assumens ex visceribus matris, qui natus est vera carnis nativitate et manducavit et bibit et[n)] dormivit et fatigatus ex itinere quievit et passus est vera carnis sue passione et mortuus est vera carnis sue morte et resurrexit vera carnis sue * resurrectione[o)], in qua, postquam veraciter manducavit et bibit, ascendit in celum[p)], sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos et mortuos. vgl. Ex 24, 12 vgl. Io 1, 6 vgl. Mc 6, 20 vgl. Lc 1, 41 * fol. 25v

---

d) *Bosquet, Migne:* Willelmum. e) *Br. XIII 78 S. 135 Z. 12.* f) *Bei Bosquet und Migne folgt:* sicut in ipsa. g) *Br. XIII 78 S. 135 Z. 20.* h–h) *Bosquet, Migne:* prohibuisse in Evangelio. i) *So Bosquet und Migne.* j) *So Bosquet und Migne. Vgl. auch Br. XIII 78 S. 136 Z. 4f.* k) *In vergrößerter Schrift.* l) *Darnach* ess- *durchgestrichen.* m) *In vergrößerter Schrift.* n) *Bosquet, Migne:* et cetera. o) recept(i)one; resurrectione *bei Bosquet und Migne; s. auch Br. XIII 78 S. 136 Z. 19.* p) *Bosquet und Migne fügen hinzu:* et.

2) Bernardus Prim, vielleicht katalanischer Herkunft, 1208 als Waldenser bei einem theologischen Disput in Laurac-la-Grande (Dép. Aude) bezeugt, begab sich 1210, vielleicht im Gefolge der Rückkehr des Durandus von Huesca und seiner Gruppe in die katholische Kirche, mit einer Delegation der von ihm geleiteten pauperistischen Gemeinschaft, die in Südfrankreich und Oberitalien beheimatet war, nach Rom; 1212 bestätigte Innocenz III. der Gemeinschaft ein abgeändertes „propositum conversationis“: Br. XV 137 (Migne, *PL*, 216, 648). Vgl. Burchardi Chronicon (*MGH SS rer. Germ. in us. schol.* [16]) 107f.; Selge, *Waldenser*, I, bes. 188–193; *LMA* 1 (1980) 1971f.; Papini, *Valdo*, 260–264.

3) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 22 q. 1 c. 5, 6 (Augustinus), 7; C. 22 q. 2 c. 2 (Hieronymus) (Friedberg, *CorpIC*, I 862f., 867).

4) Vgl. auch die Gegenüberstellung zum Bekenntnis des Valdes: Gonnet, *Enchiridion*, I 32–36, Variante B.

5) S. Br. XIII 78 Anm. 8.

Item[q] corde credimus et ore confitemur unam esse ecclesiam catholicam et apostolicam, sanctam et immaculatam, extra quam neminem salvari fatemur. Sacramenta quoque[r], que in ea celebrantur inextimabili atque invisibili virtute Spiritus sancti, licet a peccatore sacerdote ministrentur, dum ecclesia eum recipit, in nullo reprobamus neque ecclesiasticis officiis vel benedictionibus ab eo celebratis detrahimus, sed benivolo animo tamquam a iustissimo amplectimur. Approbamus quoque baptismum infantium et, si defuncti fuerint post baptismum antequam peccata committant, fatemur eos salvari. Confirmationem quoque ab episcopo factam, id est impositionem manuum, sanctam et venerande accipiendam esse censemus. In sacrificio eukaristie, que fuerant panis et vinum ante consecrationem, post consecrationem esse corpus et sanguinem Iesu Christi simpliciter affirmamus et credimus, in quo nichil a bono maius nec a malo minus perficitur sacerdote. Peccatores veraciter penitentes veniam a Deo consequi concedimus et eis libentissime communicamus. Unctionem infirmorum cum oleo consecrato veneramur. Coniugia carnalia esse contrahenda secundum apostolum Paulum non negamus, legitime vero contracta disiungere omnino prohibemus. Ordines ecclesiasticos, id est episcopatum et presbiteratum[s] et ceteros, et omne, quod in ecclesia ordinabiliter sancitum legitur aut canitur, humiliter[t] collaudamus et fideliter veneramur. Item[u] corde credimus et ore confitemur resurrectionem huius carnis, quam gestamus, et non alterius, et vitam eternam et unumquemque hominem secundum opera sua esse recepturum. Elemosinas et sacrificium ceteraque beneficia fidelibus defunctis prodesse non dubitamus. Et quia fides sine operibus mortua est, ut dicit apostolus Iacobus, seculo abrenunciavimus, et que habebamus, velut a Domino consultum est, pauperibus erogavimus, et pauperes esse decrevimus ita, quod solliciti esse de crastino non curamus nec aurum vel argentum vel aliquid tale preter vestimentum et victum cotidianum a quoquam accepturi sumus. Consilia quoque evangelica velut precepta servare proposuimus. Remanentes autem in seculo et sua possidentes et hanc fidem supradictam firmiter et integre credentes preceptaque Domini servantes salvari fatemur.

vgl. 1Cor 7, 9f.

vgl. Iac 2, 17.26

vgl. Mt. 19, 21; Mc 10, 21; Lc 18, 22

vgl. Mt 6, 34

vgl. Mt 10, 9

Ad hec in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti et beatissime virginis Marie ad edificacionem universalis sancte Dei ecclesie et ad salutem animarum omnium, ad quorum aures pervenerit[v], sicut fideliter credimus corde, fidem predictam ore firmiter confiteri et nunciare proposuimus et usque ad animam et sanguinem adversus omnes sectas heresum defendere viriliter, consistentes sub magisterio et regimine unius et veri magistri Domini nostri Iesu Christi ac piissimi vicarii eius pape[w] Innocentii et successorum eius semper permanentes tam corpore quam spiritu in communione sancte Romane[x] et universalis ecclesie, quam sanctam et catholicam et apostolicam supra diximus, quam[y] credimus esse omnes baptizatos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, nisi a supradicta fide recesserint[z], ubi boni cum malis conveniunt[aa], permixta quippe est diversitate filiorum[6]. Cui ecclesie prefatum dominum Innocentium papam credimus preesse pastorem et ipsum et omnes episcopos et sacerdotes et

---

[q]) *In vergrößerter Schrift.* [r]) *Bosquet, Migne:* vero. [s]) *Bosquet, Migne:* Presbyterium. [t]) *Darnach* collos *durchgestrichen.* [u]) *In vergrößerter Schrift.* [v]) *Bosquet, Migne:* pervenit. [w]) *Darnach* v- *durchgestrichen.* [x]) *Darnach* ecc(les)ie *durchgestrichen.* [y]) *Darnach* ecc- *durchgestrichen.* [z]) *Bosquet, Migne:* recesserunt. [aa]) *Migne:* conveniant.

[6]) Vgl. Gregor d. Gr., Homilia 38, 7 (ed. Étaix 365 Z. 137–139); Egger, *Growling*, bes. 24f. mit Anm. 46.

ceteros ordinatos fidem supradictam tenentes in ipsa ecclesia ministros esse fatemur et credimus. Idcirco ab ipsis et non ab aliis petimus et cupimus suscipere ecclesiastica sacramenta. Specialiter autem de fractione panis, super qua infamati sumus, diximus et dicimus, quia numquam factum fuit causa presumptionis nec causa contemptus sacrificii sacerdotis, sed causa ardoris fidei et caritatis et causa deliberationis, ne indurarentur simplices fideles inter hereticos permanentes et sacramentum[bb)] eukaristie non accipientes, sed nunc et in perpetuum abdicamus et abicimus et abdicabimus[cc)] a nobis et ab omnibus nobis credentibus secundum nostrum posse ab opere et a credulitate, credentes[dd)] corde[dd)] et ore confitentes sacramentum corporis et sanguinis Christi nec esse conficiendum nec posse confici nisi a sacerdote per impositionem manus visibilis episcopi secundum morem ecclesie visibiliter ordinato. Habemus autem mandatum orare, ut Deus mittat operarios in messem suam, id est predicatores in populum suum, qui debent benigne et humiliter impetrare sibi dari ex licencia summi pontificis et prelatorum ecclesie, ut possint ammonere et exhortari in doctrina sana et adversus omnes hereticos gratia Dei adiuvante cum omni virtute animi et studio, ut eos[ee)] ad fidem catholicam convertant, desudare, et credentes eorum privatis et publicis ammonicionibus, sicut decet, ab eorum credulitate[ff)] et heresi separare et ecclesie supradicte incorporare et ab omnibus vitiis et peccatis compescere tam se ipsos quam suos auditores, a superbia scilicet, ab[gg)] inani gloria, invidia, ira, cupiditate et avaritia, gulositate, luxuria, mendacio, detractione, blasphemia, odio, fraude, periurio et homicidio.

vgl. Mt 9, 38; Lc 10, 2

vgl. Tit 1, 9

Et quamvis ista nos[hh)] predicemus, tamen potestatem secularem secundum leges officium suum in malefactores peragentem non iudicamus neque ob hoc dampnandum[ii)] esse dicimus vel credimus. Verumptamen sicut filii ecclesie reos sanguinis deffendimus piis interventionibus, quia scriptum est: ‹‹Reos sanguinis ecclesia[jj)] deffendat[jj), 7)]››. Quamvis autem propter vitandum periurium non sit appetendum iuramentum, iurantes * tamen ex deliberatione causa necessitatis cum veritate et[kk)] iudicio[kk)] et iusticia non culpamus neque propter hoc credimus condempnandos. In omnibus vero episcopatibus, diocesibus vel parrochiis, in quibus sumus vel fuerimus, disposuimus ieiunare secundum morem et consuetudinem prelatorum et catholicorum virorum orthodoxorum illarum provinciarum tam in vigiliis quam in ieiuniis Quattuor temporum et Quadragesime. Denique licet dicat Christus: ‹‹Oportet semper orare et[ll)] non deficere››, et Apostolus: ‹‹Sine intermissione orate››, tamen quidam nostrorum per viginti quattuor vices inter diem ac noctem, alii quindecies, alii duodecies, qui autem minus septies pro omnibus hominibus secundum eorum gradus orant. Et quamquam officium nostrum sit precipue, ut omnes discant, et omnes, qui sunt idonei, exhortentur, tamen, cum tempus ingruit, propriis manibus laboramus, ita dumtaxat, ne pretium accipiamus conventum. Qui autem nobis credunt, a quibuscumque aliquid per aliquam[mm)] fraudem habuerint, necesse est, si potuerint et nobis aquiescere voluerint, ut ipsis et non aliis restituant. Decimas siquidem et primicias et oblationes

* fol. 26r

Lc 18, 1
1Th 5, 17

[bb)] sac(ri)ficiu(m); sacramentum *bei Bosquet und Migne.* [cc)] abdicam(us)*;* abdicabimus *bei Bosquet und Migne.* [dd–dd)] *Bosquet, Migne:* corde credentes. [ee)] es. [ff)] *Bosquet:* crudelitate. [gg)] *Bosquet, Migne:* et. [hh)] no(n)*;* nos *bei Bosquet und Migne.* [ii)] *Migne:* damnandam. [jj–jj)] *Bosquet, Migne:* deffendat Ecclesia. [kk–kk)] *Fehlt bei Migne.* [ll)] *Fehlt bei Migne.* [mm)] alique(m); aliquam *bei Bosquet, Migne.*

[7)] *Decretum Gratiani* C. 23 q. 5 c. 7 (Friedberg, *CorpIC*, I 932). Vgl. Lenherr, *Reos*, bes. 120f.

et cetera secundum usum locorum servitia prelatis et aliis clericis, sub quorum diocesibus victitaverint, fideliter persolvant, quod omnibus fidelibus Christianis efficaciter suademus.

Licet autem in subscriptis articulis, sicut a quibusdam accepimus, asserentur errasse — quod videlicet soli Deo esse obediendum et, si homini, soli iusto, qui Deum habet in se, ac licere laico ac litterato sine licentia cuiuslibet hominis predicare bonumque laicum conficiendi eukaristiam potestatem habere, malum autem sacerdotem nequaquam et eius orationes aut missas vivis vel mortuis non proficere ac Romanam ecclesiam nequaquam ecclesiam Dei esse necnon etiam iuramentum in quolibet articulo sub ecclesie forma factum esse[nn)] mortale peccatum[nn)] dogmatizasse dicuntur[oo)] —, ipsi tamen ex prescripta confessione[pp)], in qua tanguntur articuli prenotati, super his suam innocentiam excusarunt, illud inficiantes omnino, quod videlicet mulieribus Evangelium in ecclesia licitum esse docere ac indulgentias, que fiunt a summo pontifice vel aliis episcopis, non proficere iustumque laicum confitentes sibi absolvere posse, quidam eos referunt astruxisse. Ceterum super eo, quod nonnullos clericorum scandalizasse dicuntur eis in plurimis detrahendo, ipsos aspere redarguimus in virtute obedientie, quam prestiterunt nobis, districtius iniungentes eisdem, quod et ipsi sub eadem servare[qq)] obedientia promiserunt, ut clericos in omni, qua convenit, habentes reverentia et honore ab eorum omnino[rr)] infamatione seu detractione desistant, precipientes eisdem, ne passim sibi presumant predicationis officium arrogare, sed postquam[ss)] ecclesiarum rectores in fide recta et sana doctrina noverint esse probatos, licentiam eis tribuant exhortandi competentibus horis et locis. Cumque continentiam repromiserint, suspectum mulierum consortium prorsus evitent. Qui super hiis et aliis promiserunt devotam et debitam nobis obedientiam exhibere.

Nos igitur habito fratrum nostrorum consilio per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus recepto a ceteris fratribus simili iuramento ecclesiastice unitati reconcilietis eosdem et denuncietis ipsos vere catholicos ac recte fideles[tt)] in prescriptis et aliis eos secundum Deum ab omni scandalo et infamia servantes immunes et in litteris testimonialibus et aliis amminiculis ipsos propter Deum misericorditer adiuvetis.

Datum Laterani, XVIII Kal. Iulii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

95.

Innocenz III. nimmt das Domkapitel von Waterford in den päpstlichen Schutz und bestätigt den gesamten rechtmäßigen Besitz.

Lateran, 1210 Juni 26.

Reg. Vat. 8, fol. 26r <Nr. 92 bzw. 95>.

Bosquet 92, Nr. 114 (!) = Baluze II 461, Nr. 95 = Migne, PL, 216, 293, Nr. 95; Sheehy, Pontificia Hibernica, I 144, Nr. 70. — Potth. Reg. 4020; Bliss, Calendar, I 36; Dunning, Letters, 243, Nr. 43.

[nn–nn]) *Bosquet, Migne:* peccatum esse mortale. [oo]) *Migne:* dicantur. [pp]) *Bosquet:* concessione. [qq]) *Darnach* od- *durchgestrichen*. [rr]) *Darnach* di *durchgestrichen*. [ss]) *Bosquet, Migne:* praeterquam. [tt]) fidele.

Decano[1] et canonicis Waterforden(sibus).

Sacrosancta Romana ecclesia humiles et devotos filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, devocionem, quam erga beatum Petrum et nos ipsos habere dinoscimini, attendentes personas vestras et universa bona, que impresentiarum rationabiliter possidetis[a] vel[b] in futurum iustis modis dante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem locum, in quo vestra[c] ecclesia[c] sita est, cum pertinentiis suis, ecclesiam de Kilros[2]; ecclesiam de Kilmelassi[3]; ecclesiam de Cluoneda[4]; ecclesiam de Tibrada[5]; ecclesiam de Kilimelach[6]; ecclesiam de Kilmaclug'[d, 7] cum omnibus pertinentiis suis; decimas piscium in Wateford[e]; beneficia terrarum Ricc. Scadan[f] et Terri; villam de Corbali[8]; villam de Baliliassin[g, 9]; villam de Tachethen'[h, 10]; terram de Kaldebech'[i, 11]; terram Rob(er)ti le Franceis iuxta Klinemilog'[j, 12] cum omnibus pertinentiis suis et omnia bona c(om)(mun)itati et sustentacioni vestre nichilominus[k] assignata, sicut ea iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo et cetera hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei et cetera usque incursurum.

Datum Lat(erani), VI Kal. Iulii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

---

[f]) *Bosquet:* supra. [g]) *Bosquet, Migne:* moveas. [h–h]) *Bosquet, Migne:* contradictionis vel appellationis*; s. auch die folgende Anm.* [i]) et *über durchgestrichenem* vel. [j]) *Fehlt bei Bosquet.* [k]) *Bosquet, Migne:* Antiochenum. [l]) *Darnach* scl *durchgestrichen.* [m]) *So Bosquet und Migne.* [n]) *Bosquet, Migne:* dictos. [o]) qua(m)*;* quas *bei Bosquet und Migne.* [p]) *Migne:* ipsum. [q]) *Bei Bosquet und Migne folgt:* Laterani et cetera per totum.

[10]) Albert von Castro, B. von Vercelli 1185, Patriarch von Jerusalem 1205–1214; 1609 heiliggesprochen. Vgl. *DBI* 1 (1960) 750f.; Minghetti, *Alberto di Vercelli*, 283–287; Pezza Tornamè, *Alberto di Gualtieri*; Kirstein, *Patriarchen*, 411–447. Er war für vier Jahre zum päpstlichen Legaten bestellt worden (Br. VIII 102 [101] vom 16. Juni 1205); diese Legation wurde am 9. Juli 1208 für weitere vier Jahre verlängert (Br. XI 103 [108]).

[11]) Peter von Magnano aus Vercelli, Abt von Lucedio (Zist.-Abtei, Diöz. und Prov. Vercelli) 1184/1185, Abt von La Ferté-sur-Grosne (Zist.-Abtei, Diöz. Chalon-sur-Saône, Dép. Saône-et-Loire) wahrscheinlich 1205, B. von Ivrea (Suffr. von Mailand) 1206 (s. Br. IX 171 [172]), von Innocenz III. zum EB. von Thessalonike bestellt am 27. Juni 1208 (Br. XI 101 [106]), Patriarch von Antiochia bis 1217. Vgl. Moore, *Peter of Lucedio*; Alberzoni, *Guido*, 231–240; dies., *Cenobio*, bes. 147–170.

122 (124).

Innocenz III. ermächtigt die Benediktinerabteien der Kirchenprovinz Rouen, einmal im Jahr ein Provinzkapitel abzuhalten und alle vier Jahre Gesandte an die Kurie zu schicken, um päpstliche Weisungen zu erhalten.

Lateran, 1210 August 20[1)].

Reg. Vat. 8, fol. 30r <Nr. 119 bzw. 124>.

Dumay 19, Nr. 8; Bosquet 109, Nr. 124 = Baluze II 471, Nr. 124 = Migne, PL, 216, 312, Nr. 124. — Potth. Reg. 4067; Bréquigny, Table chronologique, IV 485.

Universis abbatibus nigri ordinis per[a)] **Rothomagensem provinciam constitutis.**

Ordinem[b)] religionis plantare ac fovere[c)] plantatum[c)] ex officii nostri debito provocamur et sic religiosorum petitionibus apostolicum nos convenit prebere patrocinium et favorem, quod sub regimine ac gubernatione[d)] nostra valeant assiduis proficere incrementis. Sane gaudemus in Domino, a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, quod divinitus inspirati ad corigendos excessus, qui aliquando in vestris monasteriis suadente inimico humani generis commituntur, studium efficax adhibetis, ut inquinamentis malitie ac dissolutionis vitiis abdicatis efficacius possitis vos divine subdere servituti[e)] et per opera pietatis gratiorem prestare Altissimo famulatum. Ut autem per favorem apostolicum regularia suscipiant instituta vigorem neque possint per alicuius insolentiam enervari, ut liceret vobis de nostra permissione[f)] peciistis semel in anno sub aliquo abbate religioso et humili eiusdem provintie capitulum celebrare, ubi per consultationem omnium tam abbatum excessus quam dissolutiones monachorum salvo per omnia iure prelatorum comprovincialium compescantur; volentes de quarto in quartum annum per vos vel nuncios vestros ad apostolorum limina visitanda teneri recepturi a nobis salubria monita et precepta, quibus vigor religionis monastice foveatur.

vgl. Iac 1, 17

vgl. Mt 13, 25

Nos vero vestris postulationibus annuentes caritati vestre concedimus, ut hoc salutare propositum incipiatis exequi diligenter et quid ex[g)] ipso proveniat nobis fideliter intimetis, ut, si viderimus, quod per exequtionem ipsius religionis honestas suscipiat incrementum[h)], quod ad robur perpetue firmitatis super eo fuerit statuendum, securius et cautius statuamus.

Datum Lat(erani), XIII Kal. Septembris[i)], anno tertiodecimo.

---

122. [a)] *Davor* p *mit* p(ro)- *und* p(er)-*Kürzung.* [b)] *Am Rande zwei kurze schräge Striche; ferner am rechten Rand:* Facultas, q(uod) religiosi possint fac(er)e cap(itu)l(u)m de IIII[or] a(n)nis in IIII[or] a(n)nos. [c–c)] *Dumay:* plantatum fouere. [d)] *Darnach* v- *durchgestrichen.* [e)] *Dumay:* securitati. [f)] *Migne:* promissione. [g)] de*;* ex *bei Dumay, Bosquet und Migne.* [h)] *Dumay:* incrementa. [i)] Decemb(ris)*;* Septembris *bei Bosquet und Migne.*

122. [1)] Die Datierung bei Bosquet (s. Anm. i) ist plausibler; es handelt sich hier und bei den Br. 123 (125) und 126 (128) um eine Verschreibung des Kopisten. Vgl. Tangl, *Originalregister*, 18f.

123 (125).

Innocenz III. verbietet dem Großmeister (Hermann) und den Brüdern des Deutschen Spitals in Akkon, die ausschließlich den Templern vom Papst als Merkmal der Unterscheidung zugestandenen weißen Mäntel zu tragen. Andernfalls trägt er dem Patriarchen (Albert) von Jerusalem als päpstlichem Legaten auf, den Fall zu untersuchen und zu entscheiden.

Lateran, 1210 August 27[1].

Reg. Vat. 8, fol. 30^{r} *<Nr.* 120 *bzw.* 125*>.*

Bosquet 110, Nr. 125 = Baluze II 471, Nr. 125 = Migne, PL, 216, 312, Nr. 125; Strehlke, Tabulae, 269, Nr. 299. — Potth. Reg. 4068; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 523, Nr. 23.

..[a] **Magistro**[2] **et fratribus [hospitalis]**[b] **Theutonicorum Acconen(sis).**

Suam[c] nobis dilecti filii fratres Milicie Templi querimoniam optulerunt, quod, cum in primordio institucionis ordinis sui eis fuerit ab apostolica sede concessum, ut in religionis signum milites Militie Templi albis palliis uterentur ad differentiam aliorum[3], vos in confusionem ordinis supradicti nuper alba pallia portare cepistis. Nolentes igitur, ut ex hoc inter vos et ipsos emulationis seu discordie materia suscitetur, presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatinus vestro contenti habitu existentes huiusmodi alba pallia, que, sicut premissum est, in signum religionis concessa fuerunt Templariis antedictis, nullatenus deferatis. Alioquin venerabili fratri nostro .. patriarche Ierosolimitano[d], apostolice sedis legato[4], nostris damus litteris in mandatis, ut inquisita plenius et cognita veritate id appellatione remota super hoc statuat, quod religioni pariter et saluti viderit expedire[5].

Datum Lat(erani), VI Kal. Septembris[e], pontificatus nostri anno tertiodecimo.

---

123. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b]) *So Bosquet, Migne und die Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 32*^{v}*); s. auch Br. XIII 124 (126) S. 204 Z. 13.* [c]) *Am Rande:* CXXIIII*; s. Einleitung S. XXIV; weiters längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich und:* De h(ab)itu ord(inis) Teutu(nic)or(um) et Templarior(um). [d]) *Darnach* n(ost)ris *durchgestrichen.* [e]) Decemb(ris)*;* Septembris *bei Bosquet und Migne.*

123. [1]) S. Br. XIII 122 (124) Anm. 1 und unten Anm. e.

[2]) Wohl Hermann von Salza, Großmeister des Deutschen Ordens (seit 1189/1190 Spital in Akkon, 1199 Ritterorden) zwischen Juni 1209 und Oktober 1210 (vgl. Favreau, *Studien*, 80) bis 1239, Berater Kaiser Friedrichs II. Vgl. *LMA* 7 (1995) 1230f.; Kluger, *Hochmeister*; Arnold, *Hochmeister*, 12–16; *Prier et combattre* 432f.

[3]) Der weiße Mantel für die Ritterbrüder der Templer findet sich in der Ordensregel nach dem Konzil von Troyes 1128/1129; s. Schnürer, Templerregel, c. 17, S. 140; zur Frage einer Verleihung durch Papst Honorius II. vgl. *ebd.* 68–70; vgl. auch Burgtorf, *Central Convent*, 313f.; Bulst-Thiele, *Magistri*, 38.

[4]) S. Br. XIII 121 (123) Anm. 10.

[5]) Zum Streit zwischen Templern und Deutschem Orden um die Ordenstracht des weißen Mantels mit schwarzem Kreuz s. auch den vom Patriarchen Albert ausgehandelten und von Innocenz III. bestätigten Kompromiss vom 28. Juli 1211 (*Potth. Reg.* 4289; Dr.: Strehlke, *Tabulae*, 270, Nr. 301); vgl. Favreau, *Studien*, 17–19, 82; Salch, *Vestis alba*, bes. 44–54. Zur Orientierung des Deutschen Ordens an den Templern s. auch Br. I 564 (570) vom 19. Februar 1199.

124 (126).

Innocenz III. teilt dem Patriarchen (Albert) von Jerusalem als päpstlichem Legaten mit, dass er den Brüdern des Deutschen Spitals in Akkon verboten hat, die den Templern vorbehaltenen weißen Mäntel zu tragen, und trägt ihm auf, den Fall zu untersuchen und zu entscheiden und seine Entscheidung nötigenfalls mit kirchlichen Strafen durchzusetzen.

(Lateran, 1210 ca. August 27).

Reg. Vat. 8, fol. 30r <Nr. 121 *bzw.* 126*>.*

Bosquet 110, Nr. 126 = Baluze II 471, Nr. 126 = Migne, PL, 216, 313, Nr. 126; Strehlke, Tabulae, 269, Nr. 300. — Potth. Reg. 4069; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 522, Nr. 22.

Patriarche Ierosolimitano, apostolice sedis legato[a, 1)].

Suam[b)] nobis dilecti filii et cetera in eundem modum ut in alia usque ad[c)] differentiam aliorum, dilecti filii .. magister[2)] et fratres hospitalis Teutonicorum Acconen(sis) in confusionem ordinis supradicti nuper alba pallia portare ceperunt. Nolentes igitur, ut ex hoc inter predictos fratres emulacionis seu discordie materia suscitetur, eisdem .. magistro et hospitalis[d)] fratribus[d)] dedimus in preceptis, ut suo contenti habitu existentes huiusmodi alba pallia nullatenus deferant, que, sicut premissum est, in religionis signum concessa fuerunt Templariis antedictis. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus inquisita plenius et cognita veritate id super hoc statuas appellatione remota, quod religioni pariter et saluti videris expedire, faciens, quod statueris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari.

Datum ut in alia per totum[e)].

125 (127).

Innocenz III. erteilt dem Erzbischof (Robert) von Rouen Rechtsauskünfte über den klerikalen Status der von ihrem Abt beim Eintritt in das Kloster Tonsurierten, über den Umgang mit einander widersprechenden Mandaten unterschiedlicher päpstlich delegierter Richter und über die Frage der Absolution möglicherweise nach einer Appellation oder sonst ungerecht Exkommunizierter.

Lateran, 1210 September 1.

Reg. Vat. 8, fol. 30v <Nr. 122 *bzw.* 127*>.*

Bosquet 111, Nr. 127 = Baluze II 472, Nr. 127 = Migne, PL, 216, 313, Nr. 127. — Comp. IV 1. 8. 1; 1. 2. 1; 1. 12. 3; Rain. R. Anh. 9; Coll. Fuld. 1. 15. un.; 1. 20. 21; Coll. Prag. 12a, b, c; Coll. Pal. I 12a, b; Coll. Abrincen. II 22a, b, c; X 1. 14. 11; 1. 3. 24; 1. 29. 36. — Potth. Reg. 4072; Bréquigny, Table chronologique, IV 486.

---

124. [a)] *Die Adresse fehlt bei Migne.* [b)] *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich und:* De habitu ord(inis) Teutunicor(um), q(uod) no(n) debere(n)t porta(r)e alba pallia. [c)] *Br. XIII 123 (125) S. 203 Z. 14.* [d–d)] *Migne:* fratribus Hospitalis. [e)] *Bosquet fügt hinzu:* et cetera.

124. [1)] S. Br. XIII 121 (123) Anm. 10.
[2)] S. Br. XIII 123 (125) Anm. 2.

* Rothomagensi archiepiscopo[1].

* fol. 30v

Cum[a, 2] contingat interdum, quod laici ad monasteria convolantes a suis abbatibus tonsorentur, apostolice sedis oraculum requisisti[b], an clericatus ordo in tonsura huiusmodi conferatur[c]. Super quo fraternitati[d] tue taliter respondemus, quod — cum in septima synodo[3] sit statutum, ut[e] lectoris[f] manus impositionem licentia sit unicuique abbati in proprio monasterio solummodo faciendi, dummodo ipsi ab episcopo secundum morem preficiendorum[g] abbatum manus impositio facta [noscatur][h] et constet eum esse[i] sacerdotem — per primam tonsuram a talibus abbatibus iuxta formam[j] ecclesie[j] datam clericalis ordo confertur.

Preterea[k, 4] cum quidam super aliquo litigantes ad diversos iudices litteras impetrant, quorum quidam optenti a parte altera tibi mandant, ut partem adversam denuncies excommunicationis sententie subiacere, aliis iudicibus tibi postmodum iniungentibus, ut eandem denunties absolutam, queris a nobis, an utrisque[l] vel neutris vel alterutris saltem obedire debeas in hac parte. Super quo tue prudentie respondentes credimus distinguendum, an, cum primum mandatum recepisse dinosceris, tibi forsan innotuit inter illos et alios super iurisdictione discordiam suscitatam, an super hoc nichil omnino scivisti. Et quidem si super contentione huiusmodi nichil tibi penitus innotescit, cum primum mandatum recipere te contingit, illud debes humiliter executioni mandare. Sed si postea contrarium tibi ab aliis demandetur, tunc litterarum ad utrosque a sede apostolica optentarum copia postulata, quas auctoritate presentium districte precipimus exhiberi, si ex ipsarum tenore deprehenderis evidenter ita, quod non sit aliquatenus hesitandum, quod littere, que ad illos, a quibus secundum mandatum receperas[m], impetrate noscuntur, expresse revocent litteras aliorum, tu illud intrepidus exequaris, quod secundo tibi loco mandatur. Si vero ex litterarum inspectione manifeste tibi constet, quod littere optente ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias minime revocantur, secundum mandatum nullatenus exequaris. Quodsi super hoc tibi fuerit merito dubitandum, ad exequendum secundum mandatum te procedere non oportet, donec iuxta cuiusdam nostre constitutionis tenorem[5] inter eos huiusmodi contentio sopiatur. Et id ipsum facere debes, si primo mandato recepto et nondum executioni mandato tibi forsitan innotuerit, quod inter se super iurisdictione videlicet demandata ceperint disceptare. Ceterum in hiis omnibus pu-

---

125. [a]) *Am Rande:* De eta(te) et quali(tate) *(X 1. 14. 11).* [b]) *Migne:* requisiti. [c]) *Am Rande:* No(ta) abbates c(on)ferre cl(er)icatu(m) to(n)sura(n)do laicos ad sua mon(asteria) c(on)volantes. [d]) fat(er)nitati. [e]) *Fehlt bei Bosquet.* [f]) *Migne:* lectores per. [g]) *Migne:* perficiendorum. [h]) *So Bosquet.* [i]) *Bosquet, Migne:* existere. [j–j]) *Bosquet:* Ecclesiae formam. [k]) *Davor ein Paragraphenzeichen. Auch am Rande ein Paragraphenzeichen und:* Q(ua)lit(er) se debea(n)t h(abe)re ordinarii, cu(m) r(e)cipia(n)t div(er)sa ma(n)data iudicu(m) diversor(um) ap(ostoli)cor(um)*; darunter:* De off(ici)o delegati*, durchgestrichen, wohl mit der Tinte der darunter stehenden Marginalie:* De r(escrip)tis *(X 1. 3. 24).* [l]) *Migne:* utriusque. [m]) *Migne:* receperis.

125. [1]) Robert Poulain, EB. von Rouen 1208–1221. Vgl. Tabbagh, *Fasti Ecclesiae Gallicanae III: Rouen*, 79f.

[2]) Ab hier Comp. IV 1. 8. 1; X 1. 14. 11.

[3]) *Decretum Gratiani* D. 69 c. 1 pars II § 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 256).

[4]) Ab hier Comp. IV 1. 2. 1; X 1. 3. 24.

[5]) Br. VII 169 Bd. 7 S. 299 Z. 32–S. 300 Z. 20 = Comp. III 1. 2. 3 = X 1. 3. 14 (Friedberg, *CorpIC*, II 21).

ram et providam te convenit intentionem habere, ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas, ubi dubitandum non est, vel ad mandatum etiam excequendum te asseras esse certum, ubi certus[n)] esse non debes. Licet autem ex hiis certa tibi detur doctrina, qualiter in huiusmodi debeas te habere, nulla tamen attribuitur potestas, ut inter delegatos[o)] aut partes de iurisdictione debeas iudicare.

Insuper[p, 6)] requisisti, cum quis conqueritur in se a suo episcopo post appellationem ad nos legitime interpositam vel alias iniuste excommunicationis sententiam promulgatam[7)] et nos iudicibus nostris[q)] damus[q)] litteris in mandatis, ut, si est[r)] ita[r)], vel iuxta formam ecclesie[8)] illis beneficium absolutionis impendant vel eandem sententiam denuntient nullam esse, ac episcopus paratus sit probare se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, vel alias iuste huiusmodi sententiam protulisse, an probationibus non admissis iudicibus liceat excommunicatum absolvere vel denuntiare sententiam nullam esse. Ad quod tibi taliter respondemus, quod supradicto[s)] casu non consuevimus, si bene meminimus, sub prescripta forma iudicibus scribere, sed sub ista[9)], ut videlicet, si excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitime interpositam[t)] invenerint esse latam, ipsam denuntiantes penitus nullam esse audiant, siquid fuerit questionis; alioquin recepta iuxta formam ecclesie cautione impendant absolutionis beneficium conquerenti et iniuncto sibi, quod de iure fuerit iniungendum, audiant causam et eandem fine debito terminare procurent. Sed si forsan appareat nos in iamdicto casu sub prenotata quandoque forma scripsisse[u)], in altero utique casuum predictorum, cum videlicet quis conqueritur se post appellationem ad nos legitime interpositam excommunicatione fuisse notatum, semper utriuslibet partis probationes sunt admittende, antequam ad decernendum super hoc aliquid procedatur, per quas denique apparebit, an absolutione indigeat conquerens vel denuntiandus sit potius non ligatus; in reliquo vero casu, cum videlicet excommunicatum quis se asseverat iniuste, vix umquam eius est, antequam absolutus fuerit, probatio admittenda, nisi tunc tantum cum asserit in excommunicationis sententia intollerabilem errorem fuisse patenter expressum, ad quod probandum admittitur, antequam absolutionis gratiam consequatur. Verum si proponat se simpliciter excommunicatum iniuste ac episcopus ad probandum, quod iuste ipsum excommunicaverit, suas postulet probationes admitti, non est ante absolutionem illius aliquatenus audiendus, cum, etsi pro certo constaret in illum excommunicationis[v)] sententiam rationabiliter[v)] promulgatam, nichilominus ei esset absolutio secundum formam ecclesie impendenda humiliter postulanti, et ideo in hoc casu illum credimus iuxta formam ecclesie

---

[n)] c(er)tu(m); certus *bei Bosquet und Migne.* [o)] de- *über der Zeile.* [p)] *Davor ein Paragraphenzeichen und am Rande:* For(ma) c(om)missionis de absolve(n)do quem et c(etera) et q(ua)lit(er) sec(undum) div(er)sitate(m) forme iudices debe(n)t div(er)sos s(er)va(r)e process(us); *darunter:* De offi(cio) dele(gati) *(X 1. 29. 36).* [q–q)] *Bosquet, Migne:* damus nostris. [r–r)] *Bosquet, Migne:* ita est. [s)] *Bosquet:* supra iamdicto; *Migne:* super iam dicto. [t)] interposito; interpositam *bei Bosquet.* [u)] *Bei Bosquet und Migne folgt:* et. [v–v)] *Bosquet, Migne:* rationabiliter excommunicationis sententiam.

[6)] Ab hier Comp. IV 1. 12. 3; X 1. 29. 36.

[7)] Vgl. *JL* 13894 (Alexander III.) = Comp. I 2. 13. 16 = X 2. 20. 16 (Friedberg, *CorpIC*, II 320); *JL* 13583 (Alexander III.) = Comp. I 1. 23. 2 (Friedberg, *Compilationes antiquae*, 9).

[8)] Vgl. *Decretum Gratiani* C. 11 q. 3 c. 108 (Friedberg, *CorpIC*, I 674); Bernardi Papiensis Summa decretalium 5. 34. 8 (Ed. Laspeyres 275).

[9)] Vgl. etwa Br. XI 42 (45) Bd. 11 S. 57 Z. 16–22.

protinus absolvendum, ut sic demum probationibus utriusque partis admissis, utrum iuste an iniuste ligatus fuerit, decernatur.

Datum Lat(erani), Kal. Septembris, anno XIII°.

126 (128).

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Heinrich) von Gnesen auf, zugunsten der Mönche Christian, Ph(ilipp ?) und anderer, die in Preußen erfolgreich missioniert haben, und der von ihnen Bekehrten für Sakramentenspendung und Seelsorge zu sorgen, bis sie einen eigenen Bischof erhalten, und die Bischöfe, Prälaten und weltlichen Machthaber zu ermahnen, sie zu unterstützen.

Lateran, 1210 September 4[1)].

Reg. Vat. 8, fol. 30^{v}–31^{r} <Nr. 123 bzw. 128>.

*Bosquet 112, Nr. 128 = Baluze II 473, Nr. 128 = Migne, PL, 216, 315, Nr. 128; CD Majoris Poloniae I 66, Nr. 67; Philippi, Preußisches UB, I 4, Nr. 5; Seibold, Livland, 44, Nr. 16. — Potth. Reg. 4074; Perlbach, Preussische Regesten, 5, Nr. 13; BFW **6091 (zu September 4); Sułkowska-Kuraś–Kuraś, Bullarium Poloniae, I 24, Nr. 90.*

..[a)] Gneznensi[a)] archiepiscopo[2)].

Celestis[b)] agricola Iesus Christus semetipsum vitem veram et fertilem in vinea sua electa plantavit, ex * qua multitudo palmitum prodiens non solum illam amenam viroribus verum etiam fructibus redderet gratiosam. Ex[c)] ista nimirum vite tot cotidie palmites pullulant, quot[d)] in ecclesiastice unitatis radice fundati ad sancte conversacionis studium extendentes se per opera pietatis non solum interne gratie virore turgescunt, sed eciam laudabili exercitatione[e)] fructificant in profectibus proximorum. In hac siquidem vinea[f)] laborare[f)] dilecti filii Christianus[3)], Ph(ilippus ?)[g), 4)] et quidam alii

vgl. Io 15, 5
* fol. 31^{r}
vgl. Ez 19, 11

---

126. [a–a)] *Bosquet, Migne:* Gnesnensi. [b)] *Am Rande eine Rasur.* [c)] *Am Rande:* De Prusia novit(er) c(on)versa, c(uius) guberna(ti)o c(om)mitt(itur) ep(iscop)o Gneznen(si). [d)] *Bosquet, Migne:* quod. [e)] excercitat(i)one. [f–f)] *Bosquet, Migne:* laborare vinea. [g)] *Migne:* Philippus.

126. [1)] S. Br. 122 (124) Anm. 1 und unten Anm. m.

[2)] S. Br. XIII 82 Anm. 1.

[3)] Der Zisterziensermönch Christian, wahrscheinlich aus Kołbacz (Kolbatz, Zist.-Abtei, Diöz. Kammin [Kamień], Woiwodschaft Westpommern [Województwo zachodniopomorskie]), dann in Łekno (-Wągrowiec, Wongrowitz, Zist.-Abtei, Diöz. Gnesen, Woiwodschaft Großpolen [Województwo wielkopolskie]), B. von Preußen 1215–1245. Die von der älteren Forschung vorgeschlagene Identifizierung mit dem Abt Gottfried von Łekno (Diöz. Gnesen), dessen Mission Innocenz III. 1206 zu untersützen aufforderte (Br. IX 174 [175] vom 26. Oktober 1206), ist wenig wahrscheinlich. Vgl. Szacherska, *Expedition*, 58 (mit Anm. 78)–74; Gatz, *Bischöfe*, 599f. S. auch die weiteren Unterstützungsschreiben des Papstes für Christian: Br. XV 147 und 148 (Migne, *PL*, 216, 668, 670) vom 10. und 13. August 1212. Vgl. Blanke, *Missionsmethode*; Bombi, *Novella plantatio fidei*, 201–203, 219; zur polnischen Forschung Zielińska-Melkowska, *Biskup Chrystian*.

[4)] Wahrscheinlich ein Zisterziensermönch Philipp. Der Name ist, wie im vorliegenden Brief (s. Anm. g), auch im Br. XV 147 (Migne, *PL*, 216, 668 B) nur bei Migne ausgeschrieben, dem die Forschungsliteratur durchwegs folgt. Bei Bosquet (S. 419) und im Reg. Vat. 8, fol. 108^{v} ist er aber mit Ph. gekürzt. Er wird mit dem Mönch und Priester Philipp, der, vielleicht 1213, in Preußen das Mar-

monachi pio desiderio cupientes illius dudum amore succensi, qui neminem vult perire, ad partes Pruscie[h, 5)] de nostra licentia in humilitate spiritus accesserunt, ut ibidem semen verbi Dominici seminando in umbra infidelitatis et tenebris ignorantie positos ad semitam reducerent veritatis. Quod cum in terram bonam et fertilem cecidisset, fructum protulit oportunum et eius gratia preeunte[i)], qui vocat ea, que non sunt, tanquam ea, que sunt, et ex lapidibus suscitat filios Abrahe, quidam magnates et alii regionis illius sacramentum baptismatis receperunt et de die in diem proficere dinoscuntur in doctrina fidei orthodoxe, sicut idem monachi nuper ad sedem apostolicam venientes nostro apostolatui reserarunt. Cum[j)] igitur huiusmodi novella plantatio beneficio[k)] irrigacionis indigeat, fraternitati tue presentium auctoritate mandamus, quatinus eisdem monachis et fratribus suis necnon et aliis de[l)] novo ad fidem[l)] conversis in ecclesiasticis sacramentis et aliis, que ad ampliandum christiane religionis cultum spectare noscuntur, tamdiu curam officii pastoralis impendas, donec divina faciente clementia adeo ibidem numerus fidelium augeatur, ut proprium possint episcopum obtinere. Episcopos etiam et alios ecclesiarum prelatos ac terre magnates moneas sollicicius et inducas, ut pro Deo et propter Deum eis propicii ac favorabiles existentes, ubi dignum fuerit, gratiam, solacium et humanitatem impendant.

vgl. 2Pt 3, 9
vgl. Mt 4, 16
vgl. Mt 13, 8
vgl. Rm 4, 17
vgl. Mt 3, 9; Lc 3, 8
vgl. Ps 143, 12

Datum Lat(erani), II Non. Septembris[m)], anno terciodecimo.

127 (129).

Innocenz III. bestätigt das Urteil des Kardinalpresbyters B(enedikt) von S. Susanna im Konflikt zwischen dem (Kardinal-)Bischof J(ohannes) von Albano und der Abtei Grottaferrata: Der vom Bischof eingesetzte, von der Abtei entfernte Priester von S. Nicola in Nettuno ist wieder in sein Amt einzusetzen.

Lateran, 1210 August 31.

Reg. Vat. 8, fol. 31r <Nr. 124 *bzw.* 129*>.*

Bosquet 113, Nr. 129 = Baluze II 473, Nr. 129 = Migne, PL, 216, 316, Nr. 129; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 396, Nr. 166. — Potth. Reg. 4071; Breccia, Bullarium Cryptense, 12, Nr. 15.

[h)] *Migne:* Prussiae. [i)] *Bosquet:* praeeunate. [j)] *Davor ein Paragraphenzeichen.* [k)] *Folgt* virg- *(?), nach versuchter Korrektur getilgt.* [l–l)] *Bosquet, Migne:* ad fidem de nouo. [m)] Decemb(ris)*;* Septembris *bei Bosquet und Migne.*

tyrium erlitt, gleichgesetzt. Vgl. Zakrzewski, *Analecta*, 6; 22f., Anm. 13; Perlbach, *Preussische Regesten*, 5, Anm. 3; Szacherska, *Expedition*, 58 mit Anm. 77; Borkowska, *Innocent III*, 1186f. Allerdings bezeichnet Alberich von Troisfontaines den Märtyrer Philipp als Begleiter des Abtes Gottfried von Łekno und Mönch desselben Klosters, was die Identifizierung bei einer Gleichsetzung Gottfrieds mit Christian (s. oben Anm. 3) stützen würde, aber nicht notwendig macht; auch die Identität von Gottfrieds Mönch Philipp und Christians Begleiter Ph. ist damit weder zu beweisen noch auszuschließen. Vgl. Albrici Monachi Trium Fontium Chronicon (*MGH SS* XXIII) 887 Z. 28–32; Zielińska-Melkowska, *Biskup Chrystian*, 24f.

[5)] Zur Förderung der Mission in Preußen durch den Papst vgl. schon Br. IX 174 (175) vom 26. Oktober 1206.

I(ohanni)[a], episcopo Albanensi[1].

Hiis[b], que iudicio sunt vel concordia terminata, decet nos robur apostolicum impertiri, ne sopite querimonie reviviscant et relabantur iterum in recidive scrupulum questionis. Cum igitur dilectus filius B(enedictus), tituli sancte Susanne presbiter cardinalis[2], causam, que inter te ex parte una et monasterium Cripteferrate[3] ex altera vertebatur super institutione ac destitutione presbiteri[c] ecclesie sancti Nicholai de Neptun(o)[4], sententie calculo duxerit terminandam, nos tuis iustis precibus inclinati eandem sententiam exigente iustitia promulgatam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari:

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen[d]. Cum causam, que super ecclesia sancti Nicholai de Neptun(o) inter dominum I(ohannem)[e], Alban(ensem) episcopum, ex una parte et ..[f] abbatem de Criptaferrata[5] [ex altera][g] vertebatur, nobis, B(enedicto), tituli sancte Susanne presbitero cardinali, dominus papa mandaverit audiendam, ..[h] procurator episcopi pro parte sua contra abbatem coram nobis proposuit, quod abbas et monachi de Criptaferrata privaverant administratione presbiterum ecclesie prenominate, quem ad representationem abbatis et monachorum iamdictus episcopus investiverat et instituerat pro persona in iamdicta ecclesia, et idem presbiter eidem ut suo episcopo fidelitatis more solito prestiterat iuramentum. Unde, cum predicta ecclesia de Neptun(o) sit prefato episcopo diocesana lege subiecta[6], petebat restitui sacerdotem ad administrationem et personatum et[i] ut[i] eidem episcopo de spiritualibus, monachis vero de temporalibus responderet. Yconomus vero monasterii econtra respondebat administrationem tam in temporalibus quam in spiritualibus et ecclesiam sepedictam ad monasterium tantummodo pertinere nec in aliquo episcopo teneri, cum sit ipsum monasterium Romane ecclesie speciale ac exemptum tam in capite quam in membris, quod probare per sua privilegia intendebat, que post multas inducias[j] et terminos peremptorie sibi datos ad probandam suam intentionem in[k] iudicio coram nobis exhibere[k] non curavit. Dicebat tandem de longua[l] consuetudine abbatem et monachos habere potestatem in suis[m] ecclesiis[m] administratorem temporalium libere ordinare. Quod cum probare noluisset, idem yconomus postmodum confessus fuit in nostra presentia, quod episcopus prefatum[n] sacerdotem in supradicta ecclesia ad representationem abbatis et monachorum instituit et confir-

---

127. [a]) Ioh(ann)i *in den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 32[v]);* Ioanni *bei Bosquet und Migne.* [b]) *Am Rande:* confir(mati)o. [c]) *Darnach* s(anc)ti *durchgestrichen.* [d]) *Über der Zeile nachgetragen.* [e]) *Darnach* Arlb- *durchgestrichen.* [f]) *Fehlt bei Bosquet.* [g]) *So Bosquet.* [h]) *Fehlt bei Bosquet.* [i–i]) *Migne:* ut et. [j]) inductas*;* indutias *bei Bosquet und Migne.* [k–k]) *Bosquet, Migne:* coram nobis exhibere in iudicio. [l]) *Bosquet, Migne:* longa. [m–m]) *Bosquet, Migne:* ecclesiis suis. [n]) p(re)fac(er)e; praefatum *bei Bosquet.*

127. [1]) Johannes, (K.-)B. von Albano 1199–1210/1211. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 94f.; ders., *Kardinalskollegium*, 135.

[2]) S. Br. XIII 25 Anm. 7.

[3]) S. Nilo e S. Maria di Grottaferrata, Basilianer-Abtei, 18 km östlich von Rom.

[4]) S. Nicola in Nettuno (Prov. Rom). Vgl. Parenti, *Grottaferrata*, 446f.

[5]) Johannes (I.), 1204 und 1216 als Abt von Grottaferrata bezeugt. S. Haluščynskyj, *Acta Innocentii*, 269, Nr. 59; 469, Nr. 222. Vgl. Rocchi, *Badia*, 25.

[6]) S. Br. XIII 7 Anm. 3.

mavit. Nos vero visis et auditis allegationibus hincinde propositis et confessionibus utriusque partis dicimus presbiterum sepedictum restituendum ad administrationem et personatum ecclesie memorate.

Nulli ergo et[o)] cetera[o)] hanc paginam nostre confirmationis[p)] et cetera usque incursurum.

Datum Lat(erani), II Kal. Septembris, anno XIII°.

128 (130).

Innocenz III. trägt dem Bischof (Peter) von Paris auf, den päpstlichen Kaplan Magister Peregrinus namens des noch jugendlichen päpstlichen Verwandten Benedikt in die Pfründe im Domkapitel von Paris einzuführen, deren Vergabe er dem Papst reserviert hat.

Lateran, 1210 September 13.

Reg. Vat. 8, fol. 31^{r-v} <Nr. 125 bzw. 130>.

Bosquet 114, Nr. 130 = Baluze II 474, Nr. 130 = Migne, PL, 216, 317, Nr. 130. — Potth. Reg. 4077; Bréquigny, Table chronologique, IV 486.

..[a)] Episcopo Parisiensi[1)].

Ad[b)] signandum devotionis affectum[c)], quam erga nos te non ignoramus habere, prebendam in ecclesia Parisiensi vacantem in manu propria reservasti, cuicumque vellemus, sicut per tuas nobis intimasti litteras, conferendam, habiturus gratissimum, si alicui de sanguine nostro conferri dignaremur eandem, quem ob nostram reverentiam * et amorem honoraturum te asseris et[d)] sincerrissime dilecturum. Super quo liberalitatem tuam in Domino commendamus[e)] de tante devotionis indicio gratiarum tibi referentes[f)] actiones. Dignum itaque reputantes, ut de tuo munere tuo satisfiat affectui, prebendam ipsam dilecto filio Benedicto consanguineo nostro adolescenti siquidem bone indolis, quem non minus signa virtutum, que in tenera videntur etate preludere, quam sanguis et[g)] caro nobis reddunt acceptum, duximus concedendam sperantes[h)], quod tunc maxime prelibatam prebendam ordinatam esse gaudebis ad votum, cum per ipsum et ex ipso Domino concedente videbis tibi et ecclesie tue gratum provenire profectum. Quocirca fraternitatem tuam monemus per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus dilectum filium magistrum Peregrinum, capellanum nostrum[2)], vice ac nomine prefati Benedicti ad eandem prebendam recipi facias in

* fol. 31^{v}

[o–o)] *Bosquet, Migne:* omnino hominum liceat. [p)] *Bei Bosquet und Migne folgt:* infringere vel ei.

128. [a)] *Fehlt bei Bosquet.* [b)] *Am Rande zwei kurze schräge Striche; ferner längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [c)] *Bosquet:* effectum. [d)] *Darnach* sincerrime *durchgestrichen.* [e)] *Bosquet, Migne:* commendantes. [f)] *Bosquet, Migne:* referimus. [g)] *Bosquet, Migne:* aut. [h)] *Bosquet:* spectantes.

128. [1)] Peter (II.) von Nemours, Sohn von Walter le Chamberlain, B. von Paris 1208–1219. Vgl. Baldwin, *Government*, 440 und ad indicem.

[2)] Der päpstliche Kaplan Magister Peregrinus (Pellegrinus), der sich im September 1210 in päpstlicher Mission wegen des Kriegszugs Kaiser Ottos bei König Philipp August aufhielt (*BFW* 10722),

canonicum et in fratrem et[i] stallo in[j] choro[j] ac loco capituli sibi assignato de more ipsum in corporalem eiusdem prebende possessionem inducas et inductum facias eam pacifice possidere; nos enim eundem Benedictum ad[k] te[k] oportunitate reperta[l] dante Domino transmittemus.

Datum Lat(erani), Idus Septembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

129 (131).

Innocenz III. trägt seinem Kaplan Magister Peregrinus auf, die Pfründe im Domkapitel von Paris, deren Vergabe der Bischof (Peter) von Paris dem Papst reserviert und die er seinem Verwandten Benedikt übertragen hat, in dessen Namen in Besitz zu nehmen.

(Lateran, 1210 September ca. 13).

Reg. Vat. 8, fol. 31^{v} <Nr. 126 *bzw.* 131>.

Bosquet 115, Nr. 131 = Baluze II 474, Nr. 131 = Migne, PL, 216, 318, Nr. 131. — Potth. Reg. 4078; Bréquigny, Table chronologique, IV 486.

Magistro Peregrino, capellano nostro[1].

Ad signandum devotionis [affectum][a], quam venerabilem fratrem nostrum ..[b] Parisiensem episcopum[2] erga nos non ignoramus habere, prebendam[c] et cetera in eundem fere modum ut in alia usque profectum[d]. Unde ipsi per scripta nostra mandamus, ut te vice ac nomine prefati Benedicti ad eandem prebendam recipi faciat in canonicum et in fratrem et stallo chori ac loco capituli tibi[e] assignato de more te in corporalem eiusdem prebende possessionem inducat et inductum faciat eam[f] pacifice possidere. Nos enim eundem Benedictum ad ipsum oportunitate reperta dante Domino transmittemus. Quocirca discretioni tue per apostolica[g] scripta mandamus, quatinus super hoc, quod ad te pertinet, exequaris.

Datum et cetera ut in alia[h].

---

[i]) *Fehlt bei Bosquet.* [j–j]) *Bosquet, Migne:* chori*; s. auch Br. XIII 129 (131) unten Z. 20.* [k–k]) *Migne:* ac ipsum. [l]) *Bosquet, Migne:* recepta*; s. jedoch Br. XIII 129 (131) unten Z. 22.*

ist vielleicht identisch mit dem Magister P., den Innocenz III. im Juni 1205 zur Königin Ingeborg von Frankreich und König Waldemar von Dänemark schickte (Br. VIII 114 [113], 194 [193]), und ist 1215 als päpstlich Delegierter in der Lombardei bezeugt (*BFW* 12478, 12487). Vgl. Elze, *Kapelle*, 182, 187 mit Anm. 273; Zimmermann, *Legation*, 65f.

129. [a]) *So Bosquet; s. auch Br. XIII 128 (130) S. 210 Z. 17.* [b]) *Fehlt bei Bosquet.* [c]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [d]) *Br. XIII 128 (130) S. 210 Z. 29.* [e]) *Migne:* ibi. [f]) *Fehlt bei Bosquet und Migne; s. Br. XIII 128 (130) oben Z. 2.* [g]) *Bei Bosquet folgt:* tibi. [h]) *Bei Bosquet und Migne folgt:* per totum.

129. [1]) S. Br. XIII 128 (130) Anm. 2.
[2]) S. Br. XIII 128 (130) Anm. 1.

130 (132).

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Johannes) von Tours, dem Bischof (Wilhelm) von Angoulême und dem Abt (Lambert ?) von Grace-Dieu, vier genannte Kanoniker von Celles(-sur-Belle), die ihren Abt ermorden ließen, entweder zu degradieren und zu ewiger Klosterhaft zu verurteilen oder, falls ein öffentliches Ärgernis zu befürchten ist, diese öffentlich zu degradieren und dem weltlichen Arm zur Bestrafung auszuliefern; die Abtei von Celles soll von Saint-Victor in Paris reformiert werden, wobei die dortigen Kanoniker sich der neuen Regel unterordnen können oder in strengere Klöster transferiert werden sollen.

Lateran, 1210 September 18[1].

Reg. Vat. 8, fol. 31^{v}*–32*^{r} *<Nr. 127 bzw. 132>.*

Bosquet 115, Nr. 132 = Baluze II 474, Nr. 132 = Migne, PL, 216, 318, Nr. 132. — Potth. Reg. 4091, Bréquigny, Table chronologique, IV 487.

Turonensi archiepiscopo[2] et episcopo Engolismensi[3] et abbati Gratie Dei, Cysterciensis ordinis[4].

vgl. Dt 13, 13 u. ö.

Detestabile[a] facinus et piaculare flagitium, quod a quibusdam filiis Belial nonnullis canonicis Cellensis ecclesie[5] instigantibus, sicut nobis venerabilis frater noster .. Pictauensis episcopus[6] intimavit, nuper extitit in Cellensi ecclesia perpetratum, maximam non immerito menti nostre amaritudinis causam ingessit[b], dum viperea soboles in proprii parentis necem exarsit[7] et perditionis filii sui patris interitum in officioso non sunt veriti malignitatis studio machinari. Quem siquidem tam crudelis horror[c] et orribilis crudelitas audita[d] non moveat, dum pastori ab[e] ovibus, magistro a discipulis et patri a filiis mortis dispendia procurantur? In hac nimirum patricidii orrendi atrocitate naturalis affectionis iuri detrahitur, vituperatur ministerium clericale ac regularis reverentie puritas dissipatur. Sicut enim tenor litterarum eiusdem episcopi nos edocuit, sibi et capitulo Pictauensi multis abbatibus et aliis iurisperitis[f] [presentibus][g] est relatum, quod Iohanne capellano[h], A. elemosinario, G[uillelmo][i] de Lobea et G[uillelmo][j] de sancto Leodegario, canonicis[k] Cellen(sibus), procurantibus[l] a quatuor sicariis, qui ab illis ob hoc sexaginta libras acceperant, .. abbas

---

130. [a]) *Am Rande zwei kurze schräge Striche.* [b]) *Darnach* vi- *durchgestrichen.* [c]) *Bosquet:* horrore. [d]) auditas. [e]) *Migne:* ob. [f]) *Migne:* viris peritis. [g]) *So Bosquet und Migne.* [h]) *Migne:* cantore. [i]) *So Bosquet und Migne.* [j]) *So Bosquet und Migne.* [k]) *Migne:* canonis. [l]) *Bosquet:* procuratoribus.

130. [1]) S. Anm. z; bei Bosquet der 19. September.

[2]) S. Br. XIII 7 Anm. 18.

[3]) S. Br. XIII 92 Anm. 17.

[4]) Zist.-Abtei Grace-Dieu, Comm. Benon, Cant. Courçon, Arr. La Rochelle, Dép. Charente-Inférieure, Diöz. Saintes. Als Äbte sind bezeugt: Milo 1200, Lambert 1212. Vgl. *Dict. HGE* 21 (1986) 1009.

[5]) Celles-sur-Belle, Augustiner-Chorherrenabtei, Diöz. Poitiers, Cant., Arr. Melle, Dép. Deux-Sèvres. Vgl. Beaunier–Besse, *Recueil*, III 239f.; *Dict. HGE* 12 (1953) 116f.

[6]) S. Br. XIII 85 Anm. 3.

[7]) Diese Vorstellung findet sich bereits in der Antike (vgl. etwa Plinius, Historia naturalis X, 62); sie war im Mittelalter weit verbreitet. Vgl. z. B. Isidor von Sevilla, Etymologiae XII, 4, 10f.

Cellensis[8)], vir providus et honestus, dum ad matutinas accederet, nequiter extitit interfectus quadraginta plagis et amplius inflictis eidem. Cum autem hec vera esse non solum per bonos viros et sacerdotes, verum etiam per eosdem sicarios, qui, dum in carcere principis tenerentur, coram nunciis suis et multis aliis publice ea[m)] confessi fuerant, prefatus episcopus didicisset et deliberasset cum viris prudentibus et discretis, qualiter esset in hoc negocio procedendum, diversa reperit consilia diversorum: nonnullis asserentibus huiusmodi perversitatis actores non per seculare brachium, sed per ecclesiasticum iudicium puniendos; aliis affirmantibus ipsos propter enormitatem criminis relinquendos curie seculari[9)], ut ultore materiali gladio penam exciperent sibi dignam. Alios quoque canonicos illius malignitatis ignaros asseverabant aliqui in detestationem criminis de ipsa ecclesia depellendos, ut secundum evangelicam veritatem malis male perditis vinea domini Sabaoth bonis agricolis locaretur, maxime cum paucis quandoque peccantibus ira Dei desevisse legatur in multos. Quidam vero dicebant, quod culpa suos tenere debebat auctores, ne ultra progrederetur pena, quam inveniretur delictum[10)], cum nullius crimen maculet inscientem[n, 11)].

vgl. Ps 79, 9; Is 5, 7
vgl. Mt 21, 41

Licet autem in tanta varietate consilii ceperit iamdictus episcopus fluctuare, attendens * tamen exemplo perniciosum existere, si omitteretur tantum facinus impunitum, et quod canonici supradicti longe ante incorrigibiles fuerant et rebelles et commonitionis sue iterate sepius contemptores, quodque[o)] essent fornicatores, adulteri, negociatores et usurarii manifesti, tandem consilium hoc providit, ut universis canonicis[p)] ab ecclesia memorata depulsis loco eorum sancti Victoris Parisien(sis)[12)] canonici subrogentur hoc ipsum in suspenso tenendo, donec super eo nostre reciperet beneplacitum voluntatis.

* fol. 32[r]

Volentes igitur, ut in tanti criminis pena discant alii a consimili culpa cessare, communicato fratrum nostrorum consilio presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatinus illos, quos vobis constiterit huius fuisse iniquitatis actores, ab omni ordine clericali sublato cuiuslibet appellationis obstaculo degradetis, eosdem, si grave scandalum non timetur, apud aliqua monasteria singillatim in arctis carceribus concludentes, in quibus pane tribulationis et aqua doloris ad agendum[q)] perpetuam penitentiam substententur[r)]. Si vero grave scandalum formidetur, quod minime conquiescat, postquam etiam reos sanguinis vestris curaveritis intercessionibus deffensare, vos eosdem publice degradatos ad penitentiam studiose commonitos relinquatis curie seculari iuxta constitutiones legitimas puniendos[13)]. Quodsi alii canonici huius criminis inscii incorrigibiles hactenus extiterint[s)] et prelibatis sunt criminibus irretiti,

vgl. 3Rg 22, 27

[m)] *Über der Zeile. Bosquet und Migne:* ea publice. [n)] *Bosquet und Migne:* nescientem. [o)] qua(m)qua(m)*; so auch Bosquet;* quodque *bei Baluze und Migne.* [p)] *Migne:* canonis. [q)] *Bosquet, Migne:* agendam. [r)] *Migne:* sustentetur. [s)] *Bosquet, Migne:* extiterunt.

[8)] Johannes (II.), als Abt von Celles-sur-Belle 1192 und 1210 bezeugt. Vgl. *Dict. HGE* 12 (1953) 117.

[9)] Vielleicht aufgrund von *Decretum Gratiani* C. 11 q. 1 c. 18 (Friedberg, *CorpIC*, I 631) und *JL* 17639 (Coelestin III.) = Gilb. 2. 1. 1 = Gilb. Brux. 2. 1. 1 = X 2. 1. 10 (Friedberg, *CorpIC*, II 242; vgl. auch Cheney, *Studies*, 330); Murauer, *Ecclesia*, 61, Anm. 52.

[10)] Vgl. *JL* 17180 (Coelestin III.) = Comp. II 3. 9. 2 = X 3. 11. 2 (Friedberg, *CorpIC*, II 507).

[11)] Vgl. *Decretum Gratiani* C. 1 q. 4 c. 1; C. 23 q. 4 c. 37 § 8 (Friedberg, *CorpIC*, I 418, 917).

[12)] Saint-Victor in Paris. S. Br. XIII 79 Anm. 2.

[13)] Vgl. Digesten 48. 9. 9. 1; 48. 8. 15 (Ed. Mommsen 803, 802).

de quibus in suis fecit memoratus episcopus litteris[t)] mentionem, volumus et mandamus, ut per ordinem sancti Victoris[u)] Cellensis ecclesia reformetur. Quem si aliqui ex predictis canonicis[v)] recipere voluerint [humiliter][w)] et servare, vos eosdem ibidem remanere sinatis. Alioquin ad arctiora monasteria transmittatis eosdem; contradictores, si quos inveneritis[x)], vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum[y)] et cetera.

Datum Lat(erani), XIIII[z)] Kal. Octobris, pontificatus nostri anno terciodecimo.

131 (133).

Innocenz III. nimmt den Kanoniker P(etrus) Niger von Saint-Ursin in Bourges mit seinem rechtmäßigen Besitz in den päpstlichen Schutz und bestätigt ihm insbesondere seine Pfründe in Saint-Ursin.

Lateran, 1210 September 22.

Reg. Vat. 8, fol. 32^{r} <Nr. 128 *bzw.* 133*>.*

Bosquet 117, Nr. 133 = Baluze II 475, Nr. 133 = Migne, PL, 216, 320, Nr. 133. — Potth. Reg. 4094; Bréquigny, Table chronologique, IV 487.

P[etro][a)] Nigro, canonico sancti Vrsini Biturice(n)si[1)].

Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulacionibus gratum impertientes assensum personam tuam cum omnibus bonis, que impresentiarum racionabiliter possides aut in futurum prestante Domino iustis modis poteris[b)] adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem prebendam sancti Vrsini [Bituricensis][c)], sicut eam iuste possides et quiete, tibi auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo et[d)] cetera usque[d)] incursurum.

Datum Lat(erani), X Kal. Octobris, anno terciodecimo.

[t)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [u)] *Am Rande ein schräger Strich.* [v)] *Migne:* canonis. [w)] *So Bosquet und Migne.* [x)] *Migne:* inveniretis. [y)] *Bei Bosquet und Migne folgt:* ea. [z)] *Bosquet, Migne:* XIII.

131. [a)] *So die Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 33^{r}), Bosquet und Migne.* [b)] *Fehlt bei Migne.* [c)] *So Bosquet und Migne.* [d–d)] *Bosquet:* omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis, et confirmationis infringere, vel ei auso temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit*; so auch Migne.*

131. [1)] Kollegiatstift Saint-Ursin in Bourges. Vgl. Beaunier–Besse, *Recueil*, V 12; *Dict. HGE* 10 (1938) 183f.

132 (134).

Innocenz III. trägt dem Elekten (Gerhard) von Novara auf, festzustellen, ob ein Urteil des Papstes über den Bischof (Oberto) von Albenga wegen dessen Beteiligung an einer Feuerprobe und der anschließenden Hinrichtung des dadurch überführten Diebes aufgrund einer falschen Sachverhaltsdarstellung im Untersuchungsbericht ergangen ist, und dem Bischof, wenn sich seine Unschuld erweist, die Ausübung seines Amtes zu erlauben, ihn ansonsten gemäß dem ersten Urteil zum Rücktritt zu ermahnen oder abzusetzen und eine Neuwahl zu veranlassen.

Lateran, 1210 Oktober 1.

Reg. Vat. 8, fol. 32^{r-v} <Nr. 129 *bzw.* 134*>.*
Bosquet 117, Nr. 134 = Baluze II 476, Nr. 134 = Migne, PL, 216, 320, Nr. 134. — Potth. Reg. 4095.

Nouariensi electo[1].

Ex[a] litteris venerabilis fratris nostri ..[b] patriarche Anthyocheni, tunc Yporiensis episcopi[2], et tui, tunc de Tilieto[c] abbatis, meminimus recepisse, quod, cum dudum ad Albinganensem[d] ecclesiam una cum venerabili fratre nostro .. Pisano archiepiscopo, tunc episcopo Vercellensi[3], accessissetis[e] visitationis officium impleturi, .. Albinganensis[f] episcopus[4] inter cetera, que proposita fuerant contra ipsum, hoc vobis ore proprio est confessus, quod, cum quidam in villa quadam ad ipsius iurisdictionem spectante infamaretur de furto et idem illud inficiaretur omnino offerens, quod candentis ferri iudicio se purgaret, adiciendo, ut suspendio puniretur, si deficeret in eodem, dictus episcopus a iudice requisivit, quid super hoc videretur eidem, et cum iudex respondisset, ut fieret prout fur ipse petierat, ferrum candens in ipsius episcopi presentia est allatum. Quod cum arripuisset fur ille, combustus est. Unde iudex expavefactus, quid sibi super hoc videretur, episcopum consuluit memoratum, qui respondit, quod, si fur sic evaderet, malum esset, quamquam[g] per litteras, quas nobis tunc idem direxit episcopus, affirmarit se talibus verbis usum fuisse: ‹‹Auditis, quantus est clamor populi: omnes dicunt[h], malum est, si evaserit impunitus››; et sic epi-

---

132. [a]) *Am Rande:* P(ri)vat(ur) ep(iscopu)s Albiganen(sis), q(uia) i(n)terfuit suspe(n)sioni furis. [b]) *Fehlt bei Bosquet.* [c]) *Bosquet:* Tilleto. [d]) *Migne:* Albiganensem. [e]) accessistis*;* accessissetis *bei Bosquet und Migne; s auch Br. XI 182 (184) Bd. 11 S. 301 Z. 27.* [f]) *Bosquet ab hier und Migne haben den Namen passim als*: Albiganensis*; s. auch Br. XI 182 (184).* [g]) *Am Rande ein Schrägstrich.* [h]) *Migne fügt hinzu:* quod*; s. auch Br. XI 182 (184) S. 301 Z. 12.*

132. [1]) Gerhard von Sesso, Abt von S. Maria di Tiglieto (Zist.-Abtei, Diöz. Acqui, Prov. Genua) 1205, vielfach eingesetzter päpstlicher „visitator“ und „provisor Lombardie“, 1209 Elekt von Novara (Suffr. von Mailand), 1211 Elekt von Albano, danach von Mailand, gest. 1211. Vgl. Ganzer, *Auswärtiges Kardinalat*, 159–162; Cipollone, *Gerardo da Sesso vescovo*; dies., *Gerardo da Sesso legato*; Alberzoni, *Visitatores*, 95–98; dies., *Cenobio*, 157–159, 170–176. S. auch Br. XII 15.

[2]) S. Br. XIII 121 (123) Anm. 11.

[3]) Lothar, B. von Vercelli (Suffr. von Mailand) 1205–1208, EB. von Pisa im März 1208, bezeugt bis 1215 (die ältere Literatur berichtet fälschlicherweise, er sei um 1216 auf den Sitz von Jerusalem transferiert worden). Vgl. Matthaejus, *Historia*, I 246–257; Zucchelli, *Cronotassi*, 81–83; Pennington, *Lotharius*; Alberzoni, *Riforma*, 145–150; Caturegli, *Carte arcivescovili pisane*, I 139, Nr. 67; 163, Nr. 76.

[4]) Oberto, als B. von Albenga (Suffr. von Genua) bezeugt ca. 1205–1211. Vgl. Rossi, *Storia*, 146f.; *Dict. HGE* 1 (1912) 1389.

scopus et iudex eandem villam cum multitudine populi sunt egressi, in quorum presentia fur predictus ipsius fuit episcopi auctoritate suspensus, propter quod eundem cum vestris litteris ad nostram presentiam destinastis; sed ipse nichil umquam super hiis proposuit coram nobis, quinymo statim, ut dictus archiepiscopus ad apostolicam sedem accessit, qui nobis rei seriem plenarie indicavit, idem episcopus a nostra discessit presentia et perquisitus non potuit inveniri.

Unde[i)] nos cum fratribus nostris deliberatione habita diligenti, quia sepefatum episcopum non solum in candentis ferri iudicio, verum etiam in furis suspendio graviter intelleximus deliquisse[5)], cum hiis non[j)] tantum auctoritatem prestiterit, sed etiam presentiam exhibuerit[k)] corporalem, ipsum reputavimus ministerio altaris indignum.
* fol. 32v Et quia pontificale officium absque altaris ministerio non poterat adimplere, supra-* dicto patriarche ac tibi tunc dedimus in mandatis[6)], ut ad cessionem eundem episcopum moneretis; alioquin auctoritate nostra ipsum ab Albinganensi ecclesia sublato appellationis obstaculo amoventes faceretis eidem de persona ydonea per electionem canonicam provideri[i)].

Dictus vero episcopus postmodum ad sedem apostolicam rediens, apud quam moram fecisse dinoscitur diuturnam et se multipliciter satagens excusare, inter cetera proposuit coram nobis, quod aliter rei veritas se habuerat, quam in litteris fuerit supradictis expressum, quod se proposuit oportuno tempore probaturum. Quocirca devotioni tue presentium auctoritate mandamus, quatinus auditis, que super premissis idem episcopus duxerit proponenda, et probacionibus eius admissis, si de hiis tibi per probaciones legitimas sufficiens fuerit facta fides, per que constet rei[l)] veritatem[l)] se aliter habuisse, quam in litteris fuerit supradictis expressum, et super premissis innocentem episcopum extitisse, cum per sententiam ad falsam suggestionem latam eidem preiudicari non debeat, tu eum super premissis absolvens officium suum exequi libere permittas eundem. Alioquin, quod a nobis dudum super hoc extitit diffinitum, facias appellatione remota executioni mandari; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles censura ecclesiastica appellatione postposita compescendo.

Datum Lat(erani), Kal. Octobris, anno tertiodecimo.

133 (135).

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Albrecht) und dem Domkapitel von Magdeburg auf, den Adeligen Albrecht von Arnstein, der zur Erlangung der Absolution von der Exkommunikation, der er wegen der Gefangensetzung des Dompropstes von Magdeburg und päpstlichen Subdiakons Otto verfallen war, an der Kurie erschienen ist und

---

Fermopilensi episcopo[1] et electo Cytrensi[2] et priori sancti Demetrii Thessalonicen(si)[3].

Dilectorum filiorum fratrum Militie Templi in Romania recepimus questionem, quod ..[a] episcopus Cytoniensis[4] in quendam capellanum eorum pro eo, quod ad porrigendum viaticum cuidam confratri eorum accesserat, manus initiens calicem cum eukaristia ei abstulit violenter et ipsum turpiter ac inhoneste tractatum in fovea quadam reclusit[b] in clericalis opprobrium honestatis. Preterea cuidam eorum famulo posito in extremis in ipsorum iniuriam denegari fecit[c] ecclesiastica sacramenta, unde absque penitentia et viatico diem clausit extremum. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis et inquisita super premissis et cognita plenius veritate, quod canonicum fuerit, appellatione postposita statuatis, facientes, quod statueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari; nullis litteris veritati et iusticie preiudicantibus a sede apostolica impetratis.

Quodsi non omnes et cetera, tu, frater episcope[d], cum eorum et cetera.

Datum ut in al(ia).

150 (152).

Innocenz III. trägt den Erzbischöfen von Larissa und von Neopatrai und dem Elekten (R.?) von Kitros auf, die Witwe (Maria) des Markgrafen (Bonifaz) von Montferrat (, der er in gleichem Sinne schreibt,) zu zwingen, die Templer in den Besitzungen, die ihnen vom Markgrafen mit ihrer Zustimmung übertragen wurden, nicht zu behelligen.

(Lateran, 1210 September ca. 18).

---

149. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b]) *Migne:* inclusit. [c]) *Bosquet, Migne:* fecerit. [d]) archiep(iscop)e; episcope *bei Bosquet und Migne.*

149. [1]) S. Br. XIII 6 Anm. 2.
[2]) S. Br. XIII 102 (103) Anm. 3.
[3]) S. Br. XIII 118 (120) Anm. 2.
[4]) S. Br. XIII 6 Anm. 3.

Reg. Vat. 8, fol. 34v <Nr. 147 *bzw.* 152>.

Bosquet 127, Nr. 152 = Baluze II 481, Nr. 152 = Migne, PL, 216, 330, Nr. 152; Haberstumpf, Cartario, V 144, Nr. 9. — Potth. Reg. 4090, 4090; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 523, Nr. 27; Haberstumpf, Regesto, 62, Nr. 98.*

Larisseno[1] et Neopatrensi[2] archiepiscopis et electo Cytrensi[3].

Inter ceteros religiosos viros, quos quemlibet convenit divine retribucionis [intuitu][a] honorare, dilecti filii fratres Militie Templi tanto debent speciali gratia confoveri, quanto maioribus laboribus se exponunt pro servicio Iesu Christi ac favorem apostolicum meruisse plenius dinoscuntur. Verum dilecta in Christo filia nobilis mulier ..[b] relicta clare memorie ..[c] marchionis[c] Montisferrati[4], sicut ex ipsorum gravi conquestione didicimus[d], eos super possessionibus et rebus aliis a clare memorie .. viro suo de ipsius conniventia et consensu ipsis pia[e] devocione concessis [multipliciter][f] aggravat et molestat. Unde nos eidem nobili per scripta nostra mandavimus[g], ut ob reverentiam apostolice sedis et nostram ab eorundem fratrum super premissis indebita molestacione desistat. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus dictam nobilem ad id monitione premissa districtione, qua convenit, appellatione remota cogatis.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea[h] et cetera.

Datum ut in aliis per totum.

Scriptum est eidem nobili mulieri super hoc.

151 (153).

Innocenz III. trägt den Bischöfen von Daulia und Zaratoba und dem Elekten (Wilhelm) von Nazoresca auf, den Herrn der Insel Negroponte Ra(vanus) zu ermahnen und, wenn nötig, mit kirchlichen Strafen zu zwingen, den Templern den Besitz, der ihnen von Jak(ob) von Avesnes übertragen wurde, zu übergeben.

Lateran, 1210 Oktober 4.

Reg. Vat. 8, fol. 34v <Nr. 148 *bzw.* 153>.

Bosquet 128, Nr. 153 = Baluze II 481, Nr. 153 = Migne, PL, 216, 331, Nr. 153. — Potth. Reg. 4100; Wauters, Table chronologique, III 330; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 524, Nr. 30.

---

150. [a]) *So Bosquet und Migne.* [b]) *Fehlt bei Bosquet.* [c–c]) *Bosquet:* Marchionis ... . [d]) *Bosquet:* didiscimus. [e]) *Davor Ansatz eines* p(er)-(?). [f]) *So Bosquet und Migne.* [g]) *Bosquet, Migne:* mandamus. [h]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

150. [1]) S. Br. XIII 13 Anm. 8.
[2]) S. Br. XIII 13 Anm. 1.
[3]) S. Br. XIII 102 (103) Anm. 3.
[4]) S. Br. XIII 13 Anm. 5.

Daualiensi[1] **et Zarotoriensi**[a, 2] **episcopis et electo Nazorescensi**[3]**.**

Suam ad nos dilecti filii fratres Militie Templi querimoniam transmisere, quod nobilis vir Ra(uanus), dominus insule Nigripontis[4], quasdam possessiones a Iac(obo), quondam domino de Auen(nis)[5], pietatis intuitu concessas eisdem in anime sue dispendium detinere presumit. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus dictum nobilem, ut easdem possessiones sine qualibet difficultate fratribus memoratis assignet, monere prudenter et efficaciter inducere procuretis, ipsum ad hoc, si necesse fuerit, per censuram canonicam, sicut iustum fuerit, sublato appellationis obstaculo compellentes.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea et cetera.

Datum Laterani, IIII Non. Octobris, anno terciodecimo.

152 (154).

Innocenz III. trägt dem Erzbischof von Neopatrai, dem Bischof von Daulia und dem Elekten (Wilhelm) von Nazoresca auf, den Adeligen Ni(kolaus) von Saint-Omer mit kirchlichen Strafen davon abzuhalten, die Templer in den Ländereien, die ihnen von Rolandinus und Albertinus (von Canossa) geschenkt wurden, zu behelligen.

Lateran, 1210 September 20.

Reg. Vat. 8, fol. 34^{v}–35^{r} <Nr. 149 *bzw.* 154*>.*

Bosquet 128, Nr. 154 = Baluze II 482, Nr. 154 = Migne, PL, 216, 331, Nr. 154. — Potth. Reg. 4093; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 524, Nr. 28.

Archiepiscopo Neopatrensi[1] **et episcopo Daualiensi**[2] **et Nazorescensi electo**[3]**.**

Exposita nobis dilectorum filiorum fratrum Militie Templi peticio continebat, quod nobilis vir Ni(colaus) de sancto Amero[4], diocesis Thebane, super quibusdam

---

151. [a]) *Bosquet, Migne:* Zaratoriensi.

151. [1]) S. Br. XIII 99 Anm. 3.
[2]) S. Br. XIII 137 (139) Anm. 2.
[3]) S. Br. XIII 14 Anm. 2.
[4]) S. Br. XIII 144 (146) Anm. 4.
[5]) S. Br. XIII 144 (146) Anm. 5.

152. [1]) S. Br. XIII 13 Anm. 1.
[2]) S. Br. XIII 99 Anm. 3.
[3]) S. Br. XIII 14 Anm. 2.
[4]) Nikolaus (I.) aus der Familie der Burggrafen von Saint-Omer, ab 1208 in Griechenland bezeugt, gest. 1212/1217/1219; s. auch Br. XV 68 (Migne, *PL*, 216, 591); die Familie etablierte sich als Mitherrscher in Theben. Vgl. Bon, *Morée franque*, 707; Warlop, *Flemish Nobility*, IV, 1115, T. 192; Pokorny, *Thessaloniki*, 558, Anm. 53; Lock, *Franks*, 229, 370f.; Van Tricht, *Latin Renovatio*, 163 mit Anm. 26; Ortega, *Lignages*, 607. Ob er mit der Regentin Maria von Thessalonike in deren dritter Ehe verheiratet war, ist umstritten. Vgl. Van Tricht, *Latin Renovatio*, 381f. mit Anm. 112.

terris a Rolandino et Albertino fratre ipsius[5] in elemosinam concessis eisdem ipsos contra iustitiam aggravat [et molestat][a]. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus dictum nobilem, ut ab[b] ipsorum fratrum super eisdem terris indebita molestacione desistat, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis.

* fol. 35r Testes autem, qui nominati fuerint, si se gratia, odio vel timore sub*traxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea et cetera.

Datum Lat(erani), XII Kal. Octobris, anno terciodecimo.

153 (155).

Innocenz III. trägt den Bischöfen (Bartholomäus) von Gardiki und von Daulia und dem Elekten von Zaratoba auf, den Templern das Kloster Gerokomeion und anderen Besitz im Wert von 2618 Hyperpera zu restituieren, wenn sie ihnen zu Unrecht vom Erzbischof (Antelmus) von Patras weggenommen wurden, und dann über ihre Klage gegen diesen zu entscheiden.

Lateran, 1210 Oktober 26.

Reg. Vat. 8, fol. 35r <Nr. 150 *bzw.* 155*>.*

Bosquet 129, Nr. 155 = Baluze II 482, Nr. 155 = Migne, PL, 216, 331, Nr. 155. — Potth. Reg. 4107; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 524, Nr. 31.

Cardicensi[1] et Daualiensi[2] episcopis et electo Zaratoriensi[3].

Cum olim causam, que inter dilectos filios fratres Militie Templi ac venerabilem fratrem nostrum .. Patracensem archiepiscopum[4] vertebatur super[a] domo de Geracomita[5] et rebus mobilibus ad valentiam duorum milium et sexcentorum decem et[b] octo Yperperorum[6], quibus dicti fratres per eundem se querebantur archiepiscopum contra iustitiam spoliatos, venerabilibus fratribus nostris ..[c] archiepiscopo Athe-

---

152. [a]) *So Bosquet und Migne.* [b]) *Darnach* ip(su)m *durchgestrichen.*

[5]) S. Br. XIII 142 (144) Anm. 3.

153. [a]) *Bosquet:* supra. [b]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [c]) *Fehlt bei Bosquet.*

153. [1]) S. Br. XIII 37 Anm. 2.
[2]) S. Br. XIII 99 Anm. 3.
[3]) S. Br. XIII 137 (139) Anm. 2.
[4]) S. Br. XIII 24 Anm. 1.
[5]) Hierokomeion, Gerokomeion, östlich von Patras; 1210 schenkte der EB. von Patras die „domus sancte Marie de Ierocomata" der Abtei Cluny: de Mas Latrie, *Donation*, 312; Bernard–Bruel, *Chartes de Cluny*, V 828, Nr. 4454. S. auch Br. XIV 111 (Migne, *PL*, 216, 471). Vgl. Bon, *Morée franque*, 453 und Anm. 4; Schabel, *Antelm*, 106f.
[6]) S. Br. XIII 36 Anm. 3.

niensi[7] et .. Fermopilensi episcopo[8] duxerimus commitendam, iidem reputantes archiepiscopum contumacem memoratos fratres in ipsius domus possessionem causa rei servande inducendos sententialiter decreverunt. Licet autem predicti fratres nuper in nostra presencia super premissis cum eodem archiepiscopo litigantes et proponentes se ipso mandato iudicum renitente corporalem ipsius domus possessionem apprehendere nequivisse, pecierint auctoritate nostra in eandem induci. Quia tamen idem archiepiscopus standi iuri sufficientem exposuit caucionem, peticionem fratrum in hoc nullatenus admittentes de ipsius archiepiscopi et alterius partis procuratoris assensu per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus, si dicti fratres domo et rebus aliis supradictis se probaverint contra iusticiam spoliatos, vos eisdem, sicut iustum fuerit, restitutis audiatis, si quid fuerit questionis, et illud appellatione remota fine debito decidatis, facientes, quod statueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari.

Testes autem, qui[d)] fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem[d)] appellatione remota cogatis veritati testimonium perhibere, nullis litteris obstantibus preter assensum partium a sede apostolica impetratis.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea et cetera.

Datum Lat(erani), VII Kal. Novembris, pontificatus nostri anno XIII°.

154 (156).

Innocenz III. befiehlt den Bischöfen (Bartholomäus) von Gardiki und von Daulia und dem Elekten von Zaratoba aufgrund seines Urteils, das er im Prozess zwischen dem Erzbischof (Antelmus) von Patras und den Templern um die Abtei Pronata zugunsten des Erzbischofs gefällt hat, die dabei den Templern eingeräumte zusätzliche Beweisführung, dass der Erzbischof der Schenkung der Abtei durch den Landesherrn an die Templer bereits zugestimmt habe, zu untersuchen, den Erzbischof aber zunächst im Besitz der Abtei zu belassen und, falls die Templer ihren Beweis führen können, ihn zu zwingen, ihnen die Abtei mit den zwischenzeitlichen Einkünften zu restituieren. Ebenso sollen sie vorgehen, wenn der Erzbischof oder sein Vertreter nicht innerhalb eines Monats vor ihrem Gericht erscheinen.

(Lateran, 1210 Oktober ca. 26).

Reg. Vat. 8, fol. 35^{r} <Nr. 151 *bzw.* 156>.
Bosquet 129, Nr. 156 = Baluze II 482, Nr. 156 = Migne, PL, 216, 332, Nr. 156. — Potth. Reg. 4108.

[d–d]) *Migne:* etc. usque.

[7]) S. Br. XIII 6 Anm. 2.
[8]) S. Br. XIII 6 Anm. 1.

Eisdem[a, 1)]**.**

Cum inter venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Patren(sem)[b, 2)] et dilectos filios fratres Militie Templi super abbacia, que Pronata[c, 3)] vocatur, de qua per dilectum filium .. electum Montanensem[4)] et .. archidiaconum Andreuille[5)] delegatos a nobis iam quedam fuerat contra ipsos Templarios sententia promulgata, sub examine nostro controversia verteretur, auditis[d)] et intellectis, que proposita hincinde fuerant, sententialiter duximus decernendum, ut idem archiepiscopus possessionem ipsius optineat abbatie; reservata predictis[e)] fratribus facultate probandi, sicut dicebant, eam sibi a domino terre[6)] accedente postmodum consensu archiepiscopi concessam fuisse. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo[f)] mandamus[f)], quatinus dictam abbatiam facientes ab archiepiscopo ipso pacifice possideri probaciones fratrum admittere procuretis. Quodsi legitime prescripta probaverint eundem archiepiscopum districtione[g)], qua convenit, appellatione remota cogatis abbaciam ipsam cum fructibus medio tempore perceptis ex ea fratribus restituere memoratis in pace perpetuo possidendam. Quodsi prefatus archiepiscopus infra mensem post suscepcionem presencium per se vel responsalem ydoneum propter hoc coram vobis non curaverit comparere, vos nichilominus sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo procedatis, cum lis iam fuerit contestata; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum[h)] et cetera.

Datum ut in al(ia) per totum.

155 (157).

Innocenz III. kassiert im Prozess um das Amt des Domkantors von Salamanca die unkanonisch erfolgte Wahl des Paschasius und trägt dem Bischof (Martin) und dem Domkantor (Egas) von Zamora und dem Abt (Herbert) von Moreruela auf, den rechtmäßig vom Erzbischof (Peter) von Compostela eingesetzten Garsias als Domkantor zu bestätigen, sofern kein rechtliches Hindernis gegen diesen vorliegt.

Lateran, 1210 Oktober 28.

---

154. [a)] *Adresse am Rande vorgemerkt.* [b)] *Bosquet, Migne:* Patracensem. [c)] *Bosquet, Migne:* Prouata. [d)] *Darnach* et p(ro)positi *durchgestrichen.* [e)] ip(s)i; praedictis *bei Bosquet und Migne.* [f–f)] *Bosquet:* mandamus, praecipiendo. [g)] *Bosquet:* districtiones. [h)] *Bei Bosquet und Migne folgt:* ea.

154. [1)] S. Br. XIII 37 Anm. 2, 99 Anm. 3, 137 (139) Anm. 2.

[2)] S. Br. XIII 24 Anm. 1.

[3)] Die Abtei konnte nicht identifiziert werden; sie befand sich wahrscheinlich in der Nähe von Patras. Vgl. Bon, *Morée franque*, 453; Schabel, *Antelm*, 107 mit Anm. 54.

[4)] S. Br. XIII 24 Anm. 2.

[5)] S. Br. XIII 25 Anm. 4, 5.

[6)] Gemeint ist entweder der Herr von Patras Wilhelm Aleman (vgl. Bon, *Morée franque*, 670, 673, T. 23; Ortega, *Lignages*, 408, 577) oder Gottfried von Villehardouin (s. Br. XIII 6 Anm. 5).

Reg. Vat. 8, fol. 35^{r-v} <Nr. 152 *bzw.* 157*>.*

Bosquet 130, Nr. 157 = Baluze II 483, Nr. 157 = Migne, PL, 216, 333, Nr. 157; Mansilla, Documentación, 469, Nr. 440. — Comp. IV 3. 2. 2; Coll. Prag. 28; Coll. Pal. I 10; Coll. Abrincen. II 23; X 1. 10. 5. — Potth. Reg. 4110; de Lera Maíllo, Catálogo, 89, Nr. 264.

Episcopo[1)] **et cantori**[2)] **Zamoren(sibus) et abbati de Morerola**[a, 3)]**, Zamorensis**[b)] **diocesis**[b)]**.**

Dilecto filio nostro P(etro), tituli sancti Marcelli presbitero cardinale[4)], bone memorie A., thesaurario Salamantino[c, 5)], Paschasii[d, 6)] et Dominico Garsie clericorum procuratoribus apud sedem apostolicam constitutis auditore concesso idem thesaurarius proposuit coram eo, quod, cum in Salamantina ecclesia, in qua cantoris electio ad episcopum et capitulum communiter pertinet, cantoria vacante dictum capitulum sepius episcopum[7)] monuisset, ut ad celebrandam cantoris electionem cum eo pariter conveniret, eodem episcopo infra semestre tempus id facere negligente capitulum uti cupiens iure suo[8)] in ecclesie memorate capitulo, sicut est moris, supradictum Paschasium, eiusdem loci canonicum, in cantorem elegit, ne quid in eiusdem electionis preiudicium fieret appellando, quam supradictus thesaurarius auctoritate petiit apostolica confirmari ac electionem, quam venerabilis frater noster ..[e)] Compostellanus archiepiscopus[9)] post appellationem huiusmodi de G(arsia) clerico multis criminibus irretito ac tunc temporis vinculo excommunicationis astricto [fecerat, tamquam][f)] minus canonice celebratam cassari. Dictus vero Dominicus proposuit ex adverso, quod emenso sex mensium spatio, infra quod ad episcopum et capitulum cantoris electio pertinebat[10)], decanus[11)] et quidam canonici Salamantini episcopo, archidiacon(is)[12)] et nonnullis canonicis, qui presentes in civitate aderant, inconsultis non consueta hora vel in capitulo iuxta morem, sed in ecclesia pocius, quibusdam laicis advocatis stantes[g)] et inordinate nimis eligere presumpserunt, * et cum iamdicti ar- * fol. 35^{v}

---

155. [a)] -la *auf Rasur.* [b–b)] *Bosquet, Migne:* dioecesis Zamorensis. [c)] *Das zweite* -n- *auf Rasur.* [d)] *Bosquet:* … Paschasij. [e)] *Fehlt bei Bosquet.* [f)] *So Baluze und Migne.* [g)] *Migne:* stulte.

155. [1)] S. Br. XIII 57 Anm. 1.

[2)] Egas, als Domkantor von Zamora (Suffr. von Compostela) bezeugt 1210. Vgl. de Lera Maíllo, *Catálogo*, 89, Nr. 263.

[3)] S. Br. XIII 57 Anm. 2.

[4)] S. Br. XIII 44 Anm. 6.

[5)] Thesaurar des Domkapitels von Salamanca (Suffr. von Compostela).

[6)] Paschasius, als Domkantor von Salamanca bezeugt 1213–1223. Vgl. Martín Martín, *Documentos*, 220, Nr. 133; S. 224, Nr. 137; S. 243, Nr. 155.

[7)] Gonzalo Fernández, als B. von Salamanca bezeugt 1195–1226. Vgl. *DHEE* IV 2143; Ubieto Arteta, *Listas*, II 321.

[8)] Vgl. Conc. Lat. III, c. 8 (*COD*^{3} 215) = Comp. I 3. 8. 2 = X 3. 8. 2 (Friedberg, *CorpIC*, II 488).

[9)] S. Br. XIII 76 Anm. 4.

[10)] S. oben Anm. 8.

[11)] Johannes, als Domdekan von Salamanca bezeugt 1201–1220. Vgl. Martín Martín, *Documentos*, Nr. 123, S. 213; 226, Nr. 140; Nr. 146, S. 234 und ad indicem (636).

[12)] Br. XII 99 vom August 1209 ergeht an die Archidiakone F. und V. von Salamanca: vielleicht Fernan(dus) Martinus, als Archidiakon und Domkanoniker von Salamanca bezeugt 1214 (vgl. Martín Martín, *Documentos*, Nr. 137, S. 224), und Vincentius, als Archidiakon und Domkanoniker ebendort bezeugt 1201–1220 (vgl. *ebd.*, Nr. 112, S. 201; Nr. 146, S. 234, und ad indicem).

chiepiscopi, qui eosdem propter hoc evocaverat, [adire][h] presenciam noluissent, ipse intelligens eligendi auctoritatem ad se iuxta Lateranensis statutum concilii devolutam, supradictum G(arsiam) in cantorem elegit et eundem fecit de cantoria corporaliter investiri. Postmodum autem decanus et sui complices nobis de hiis mentione non habita suggerendo, quod episcopus, qui monitus sepius infra sex menses eligere noluerat in ecclesie detrimentum, cantore, qui ab eodem decano cum maiori parte capituli institutus fuerat, spoliato, alium instituerat in cantorem, ad .. decanum, ..[i] archidiaconum et ..[j] archipresbiterum, Abulen(ses)[13], nostras litteras impetravit[k, 14], quarum auctoritate cum supradictus G(arsias)[l] ab eisdem fuisset iudicibus evocatus, eisdem inhibuit, ne per dictas litteras procederent contra eum, cum in eis de sua electione facta per archiepiscopum[m] nulla mentio haberetur et tum[n] propter hoc, tum etiam, quia prima citatione ad loca remota citatus[o] extiterat peremptorie[o, 15], tum eciam, quia iudices quosdam ex electoribus dicti Pa(schasii) linea[p] consanguinitatis[p] contingebant[q, 16], ad sedem apostolicam appellavit. Sed iudices nichilominus ad Salamantinam accedentes ecclesiam sepedictum P(aschasium) in cantorie possessionem causa rei servande contra iustitiam induxerunt[17].

Cum igitur super[r] hiis et aliis coram eodem cardinale procuratores ipsi aliquamdiu[s] litigassent et ipse nobis fideliter retulisset, que proposita fuerant coram eo[t], quia nobis constitit a supradicto decano et eius sequacibus post elapsum sex mensium spacium, infra quod episcopo et capitulo memoratis[u], prout communiter spectabat ad eos, procedere ad cantoris electionem neglexerant, electionem supradicti P(aschasii) minus canonice celebratam, eandem decrevimus irritam et inanem et appellationem ab eodem decano et suis fautoribus interpositam factum archiepiscopi, ad quem iam erat eligendi auctoritas devoluta, nequivisse aliquatenus impedire. Quia vero contra personam ipsius G(arsie) quedam obiecta fuerunt, de quibus non[v] potuit nobis[v] fieri plena fides, discretioni vestre per apostolica [scripta][w] mandamus, quatinus, nisi iamdicto G(arsia) aliquid canonicum obviet, electionem de ipso factam sublato appellationis obstaculo confirmetis facientes ipsum eiusdem cantorie pacifica possessione gaudere; contradictores per censuram ecclesiasticam compescentes.

Quodsi non omnes et cetera, tu ea, frater episcope, cum eorum altero et cetera.

Datum Lat(erani), V Kal. Novembris, anno terciodecimo.

---

[h]) *So Bosquet und Migne.* [i]) *Fehlt bei Bosquet.* [j]) *Fehlt bei Bosquet.* [k]) *Über* -vit *ein Kürzungsstrich; Migne:* impetrarunt *(s. unten Anm. 16).* [l]) *Darnach* a p(re)- *durchgestrichen.* [m]) archip(res)b(ite)r(u)m; archiepiscopum *bei Bosquet und Migne.* [n]) *Migne:* cum. [o–o]) *Bosquet, Migne:* peremptorie citatus extiterat. [p–p]) *Bosquet, Migne:* consanguinitatis linea. [q]) *Migne:* contingebat. [r]) *Bosquet:* supra. [s]) *Darnach* celebrass- *durchgestrichen.* [t]) ea*;* eo *bei Bosquet und Migne.* [u]) memoratus*;* memoratis *bei Bosquet und Migne.* [v–v]) *Bosquet, Migne:* nobis non potuit. [w]) *So Bosquet und Migne.*

[13]) Avila, Suffr. von Compostela.

[14]) S. Br. XIII 68 Anm. 14.

[15]) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 24 q. 3 c. 6 § 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 991); Digesten 42. 1. 53. 1 (Ed. Mommsen 668); Codex 7. 43. 8 (Ed. Krueger 314f.); s. auch *JL* 13826 (Alexander III.) = Comp. I 2. 10. 3 = X 2. 8. 1 (Friedberg, *CorpIC*, II 268); vgl. Cheney, *Studies*, 322.

[16]) Vgl. *JL* 14966 (Lucius III.) = Comp. I 2. 20. 45 = X 2. 28. 36 (Friedberg, *CorpIC*, II 422); Codex 3. 1. 16 (Ed. Krueger 122); *Decretum Gratiani* C. 2 q. 6 c. 16 (Friedberg, *CorpIC*, I 471); vgl. Cheney, *Studies*, 327.

[17]) S. Br. XIII 61 Anm. 6.

156 (158).

Innocenz III. trägt dem Elekten (Konrad) von Minden, dem Abt (Werner) von Liesborn und dem Domküster (Volmar) von Münster auf, dem Bischof (Gerhard) von Osnabrück nach Überprüfung seiner durch das dortige Domkapitel vorgenommenen Postulation zum Erzbischof von Bremen die Übernahme dieses Amts aufzuerlegen. Da er bis zum Empfang des Palliums das Bistum Osnabrück weiterhin leiten darf, sollen Klerus, Ministerialen und Volk dieses Bistums ihm weiterhin Gehorsam erweisen, wozu sie die Adressaten nötigenfalls unter Anwendung kirchlicher Strafen zwingen sollen. (Den Suffraganen, dem Domkapitel und den Ministerialen von Bremen trägt der Papst auf, dem Erzbischof Gehorsam und Ehrerbietung zu erweisen, wozu sie die Exekutoren nötigenfalls unter Anwendung kirchlicher Strafen zwingen sollen.) (Dem Bischof [Gerhard] von Osnabrück trägt er auf, das Amt des Erzbischofs von Bremen zu übernehmen, sobald ihm dies von den Exekutoren auferlegt wird, jedoch bis zum Empfang des Palliums sein Bistum weiterhin zu leiten.)

Lateran, 1210 Oktober 30.

Reg. Vat. 8, fol. 35^{v}–36^{r} <Nr. 153, 154 *(a pari-Brief an die Suffragane) bzw.* 158>.

Empfängerüberlieferung: Original im Hauptstaatsarchiv Hannover, Stader Urkunden, Caps. 2, Nr. 12 (nach Skyum-Nielsen: Erzstift Bremen Nr. 65), 1943 verbrannt; Dr.: Lappenberg, Hamburgisches UB, I 333, Nr. 378; Migne, PL, 217, 201, Nr. 149; Skyum-Nielsen, Diplomatarium Danicum, I/4 322, Nr. 177 (nach Photo im Archiv der Danske Sprog- og Litteraturselskab, Kopenhagen). — Reg.: Ehmck–Bippen, Bremisches UB, I 674, Anh. Nr. 258; Finke, PU Westfalens 108, Nr. 226; Hoogeweg, Urkunden Minden, 14, Nr. 42; May, Regesten Bremen, I 201, Nr. 727; Schwarz, Regesten, 18, Nr. 69.

Empfängerüberlieferung des a pari-Briefs an die Suffragane: Original im Hauptstaatsarchiv Hannover, Stader Urkunden, Caps. 2, Nr. 28 (nach Skyum-Nielsen: Erzstift Bremen Nr. 66), 1943 verbrannt; Dr.: Lappenberg, Hamburgisches UB, I 334, Nr. 379 (teilweise); Migne, PL, 217, 202, Nr. 150 (teilweise); Skyum-Nielsen, Diplomatarium Danicum, I/4 324, Nr. 178 (nach Photo im Archiv der Danske Sprog- og Litteraturselskab, Kopenhagen). — Reg.: Ehmck–Bippen, Bremisches UB, I 674, Anh. Nr. 259; Finke, PU Westfalens 108, Nr. 227; Hoogeweg, Urkunden Minden, 14, Nr. 43; May, Regesten Bremen, I 202, Nr. 728; Schwarz, Regesten, 19, Nr. 71.

Empfängerüberlieferung des a pari-Briefs an den B. von Osnabrück: Original im Hauptstaatsarchiv Hannover, Stader Urkunden, Caps. 7, Nr. 20 (nach Skyum-Nielsen: Erzstift Bremen Nr. 64), 1943 verbrannt; Dr.: Lappenberg, Hamburgisches UB, I 335, Nr. 380 (teilweise); Migne, PL, 217, 203, Nr. 151 (teilweise); Finke, PU Westfalens 109, Nr. 228; Philippi, Osnabrücker UB II 35, Nr. 47; Skyum-Nielsen, Diplomatarium Danicum, I/4 319, Nr. 176 (nach Photo im Archiv der Danske Sprog- og Litteraturselskab, Kopenhagen). — Reg.: Ehmck–Bippen, Bremisches UB, I 674, Anh. Nr. 260; May, Regesten Bremen, I 202, Nr. 729; Schwarz, Regesten, 18, Nr. 70.

Bosquet 131, Nr. 158 = Baluze II 483, Nr. 158 = Migne, PL, 216, 334, Nr. 158; Arbusow, III. Römischer Arbeitsbericht, 88, Nr. 1; 89, Nr. 2; 90, Nr. 2a; Krarup, Bullarium Danicum, 75, Nr. 78; Švābe, Fontes historiae Latviae, 41, Nr. 55 (erster a pari-Brief); Seibold, Livland, 54, Nr. 19; 61, Nr. 20; 66, Nr. 21. — Potth. Reg. 4116, 4118, 4117; Bunge, Liv-, Est- und Curländisches Urkundenbuch, VI 138, Nr. 122a–c; Bunge, Liv-, Est- und Curländische Urkunden-Regesten, 6, Nr. 37; Regesta Historiae Danicae II/1/1 36, Nr. 584; BFW 6097; Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Regesten, 133, Nr. 276.

Mindensi electo[1] et abbati Lesburnensi[2], Monasteriensis diocesis, et ..[a] custodi Monasteriensi[3].

Venerabiles fratres nostri ..[b] Lubicensis[4] et ..[c] Liuonensis[d, 5] episcopi et dilectus filius ..[e] maior decanus[6] cum ceteris canonicis Bremensis ecclesie suis nobis litteris intimarunt, quod, cum olim Waldemarum, quondam Slewicensem[f] episcopum[7], a nobis in archiepiscopum postulassent, quia id non potuit effectui mancipari, quidam ex eis electionis sue vota in dilectum filium B(urchardum), eiusdem ecclesie maiorem

---

156. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b]) *Fehlt bei Bosquet.* [c]) *Fehlt bei Bosquet.* [d]) *Migne:* Livoniensis. [e]) *Fehlt bei Bosquet.* [f]) *Bosquet:* Sleuuicensem; *Migne:* Sleuvicensem.

156. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach den auf Photos der Originale für den Elekten von Minden und Kodelegaten [1], die Suffragane [2] und den B. von Osnabrück [3] beruhenden Drucken von Skyum-Nielsen):*

1: Mindensi] Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis .. Mindensi *1.* 1: abbati Lesburnensi] .. abbati Lesbernensi *1.* 2: Monasteriensi] Monasteriensi salutem et apostolicam benedictionem *1.*

156. [1]) Konrad, Graf von Rüdenberg, B. von Minden (Suffr. von Köln) 1209–1237. Vgl. Gatz, *Bischöfe*, 454. Konrad trat noch 1211 als Elekt auf und urkundete 1213 als Bischof. Vgl. Janicke, *UB Hildesheim*, I, S. 621, Nr. 649; Hoogeweg, *Urkunden Minden*, 15, Nr. 51. Im Br. XV 3 a pari (Dr.: Migne, *PL*, 216, 542 B–C) ist er, allerdings aufgelistet mit anderen, als Bischof angesprochen.

[2]) Werner, Abt von Liesborn (Ben.-Abtei, Diöz. Münster, Gde. Wadersloh, Kr. Warendorf, RB. Münster, Nordrhein-Westfalen) 1198–1221, Abt von St. Paul in Utrecht 1221–1224. Vgl. Müller, *Liesborn*, 229f.

[3]) Volmar, als Domküster von Münster (Suffr. von Köln) bezeugt 1207–1231, ab 1213 auch als Propst des Kollegiatstifts Alter Dom St. Pauli in Münster. Vgl. Kohl, *Münster*, 210f.; Scholz, *Stift Alter Dom*, 223f.

[4]) Dietrich, B. von Lübeck (Suffr. von Bremen) 1186–23. August 1210. Sein Nachfolger Berthold (1210–1230) wurde noch im selben Jahr gewählt. Vgl. *Series episcoporum* V/2 68f.; Gatz, *Bischöfe*, 350f.

[5]) S. Br. 139 (141) Anm. 1. Das „livländische" Bistum hatte seinen Sitz zuerst in Üxküll (Ikšķile) und ab 1201 in Riga. Vgl., auch zum Sprachgebrauch, *Series episcoporum* V/2 84f. B. Alberts Siegel nennt ihn als „Livonensis episcopus". Vgl. Gnegel-Waitschies, *Albert*, 6 und folgende Tafel.

[6]) Vielleicht noch Hartwig, als Domdekan von Bremen bezeugt 1201–1207. Vgl. May, *Regesten Bremen*, I 183, Nr. 689; 194, Nr. 721; 201, Nr. 727; 426 (Index); Lappenberg, *Hamburgisches UB*, I 318, Nr. 361. Darnach ist Bernhard 1217–1222 als Domdekan bezeugt (1223 Zeuge als „quondam decanus"), der noch 1215 als Magister Bernhardus ohne Funktionsbezeichnung eine Zeugenreihe beschließt. Vgl. May, *ebd.*, 206, Nr. 748; 219, Nr. 789; 222, Nr. 800, 801; 426 (Index).

[7]) Waldemar, unehelicher Sohn König Knuts III. Magnusson von Dänemark; B. von Schleswig (Suffr. von Lund) 1178/1188–1208 (abgesetzt); 1192 und 1207 zum (Gegen-)EB. von Bremen gewählt. Er war 1193, nach einem Versuch, sich gewaltsam des dänischen Throns zu bemächtigen, von König Knut VI. gefangengesetzt worden und wurde erst 1206, nach wiederholten Mahnungen des Papstes und dessen Zusicherung, ihn von Dänemark fernzuhalten, von König Waldemar II. freigelassen und an die Kurie gesandt, ging aber nach seiner Postulation zum EB. von Bremen 1207 gegen das Verbot des Papstes nach Deutschland. 1209 durch dänische Intervention vertrieben, kehrte er Ende 1211 bis zu seiner neuerlichen Vertreibung 1216 nach Bremen zurück und lebte dann im Exil in der Zist.-Abtei Loccum, gest. 1236. Vgl. Gatz, *Bischöfe*, 81–83; *Series episcoporum* V/2 50f.; VI/2 114–116; May, *Regesten Bremen*, I 195–201; Freytag, *Nordosten*, bes. 471–477, 502–516; Gaethke, *Knud und Waldemar*, bes. I 29f., 77–80; II 9–28; III 22; Nielsen–Villads Jensen, *Innocent III and Denmark*, 1138–1143; Wassenhoven, *Skandinavier*, 302f., Nr. A 559; Maleczek, *Mittelpunkt*, 126. Zur Sache zuletzt Br. XII 63 vom 2. Juli 1209.

prepositum[8)], contulerunt, verum quia ipsius non extitit[g)] electio confirmata[9)], ipsi, quantum in eis extitit[h)], de alia persona tractantes ecclesie sue consulere curaverunt; propter quod non tantum rerum sed[i)] eciam personarum a laicis adhuc adherentibus propter diversas causas[10)] Wald(emaro) predicto graves iamdudum persecuciones sunt et impedimenta[j)] perpessi et adhuc eciam patiuntur. At quoniam mora preteriti temporis ecclesie viduate ac[k)] ad nichilum fere redacte fuit quamplurimum hucusque dampnosa et futuri protractio perniciosa poterat magis esse, iidem[l)] in manus hominum incidere potius eligentes quam pro domo Dei murum non opponere se ac sua, rei, quam inceperant, insistere fortiter necessarium decreverunt. Unde tam ipsi quam dictus prepositus per suas litteras speciales a nobis humiliter postularunt, ut venerabilem fratrem nostrum ..[m)] Osnaburgensem episcopum[11)] eisdem vicinum et per omnia cognitum ipsis in archiepiscopum concedere dignaremur, per quem, cum sit vir nobilis et scientia preditus ac generis nobilitate preclarus et ecclesiam sibi commissam hactenus viriliter defensarit, prefata ecclesia poterit in statum pristinum reformari et compesci nichilominus insolentia laicorum.

vgl. 2Sm 24, 14; 1Par 21, 13; Sir 2, 22 vgl. Ez 13, 5

Nos igitur consuli volentes ecclesie diucius desolate discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus inquisita super hiis et cognita veritate, si res ita se habet, auctoritate nostra eidem episcopo iniungatis, ut ad prefatam ecclesiam Bremensem accedat eiusdem regimen in nomine Domini recepturus, cum quo propter necessitatem temporis hanc gratiam duximus faciendam, ut usque ad suscepcionem pallei[12)] Osnaburgensem ecclesiam sicut proprius pastor retineat et gubernet, iniungentes nichilominus clero, ministerialibus et populo ecclesie memorate, quod eidem usque ad susceptionem pallei tanquam pastori proprio intendant ut hactenus et exhibeant obedientiam debitam et honorem; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nos enim venerabilibus fratribus nostris suf-

---

[g)] *Bosquet:* existit. [h)] *Migne:* exstitit. [i)] *Bosquet, Migne:* verum*; s. die Empfängerüberlieferung.* [j)] impedime(n)ti; impedimenta *bei Bosquet und Migne.* [k)] *Fehlt bei Migne.* [l)] i- *vergrößert hervorgehoben.* [m)] *Fehlt bei Bosquet.*

3: sed] verum *1*, *2*, *3; s. Anm. i.* 4: Wald(emaro)] Waldemaro *1*, *2*, *3*. 5: patiuntur] sustinetis *2*. 9: inceperant] cepistis *2*. 9: decreverunt] extimarunt *1*, *3*; estimastis *2*. 10: a — postularunt] humiliter postulastis a nobis *2*. 13: nobilis] moribus *1*, *2*, *3*.

[8)] Burkhard von Stumpenhausen, als Dompropst von Bremen bezeugt 1205–1230, erwählter EB. von Hamburg–Bremen 1208–1210 (resigniert), gest. (nach) 1231. Vgl. May, *Regesten Bremen*, I 190, Nr. 712; 235, Nr. 853; 236, Nr. 857; S. 197–201; Glaeske, *Erzbischöfe*, 209–212; Gaethke, *Knud und Waldemar*, II 13–18; Gatz, *Bischöfe*, 83.

[9)] Zur Strittigkeit der Wahl und der Vorladung der Parteien an die Kurie s. Br. XI 168 (173) Bd. 11 S. 270 Z. 27–S. 271 Z. 7. Vgl. auch das Schreiben König Ottos IV. an den Papst vom Sommer 1208: *RNI* Nr. 160, Ed. Kempf 362 Z. 16–22. Im Br. XII 63 Bd. 12 S. 112 Z. 19f. sind mögliche Parteigänger Burkhards und sicher Gegner (E)B. Waldemars genannt.

[10)] Zur unübersichtlichen politischen Lage im dänischen Einzugsbereich in den norddeutschen Fürstentümern und Herrschaften s. Br. XIII 65 Anm. 3.

[11)] Gerhard von Oldenburg-Wildeshausen, B. von Osnabrück (Suffr. von Köln) 1191/1192–1216, EB. von Hamburg–Bremen 1210/1217–1218. Er war der Bruder des B. Otto von Münster und ein Onkel des Bremer Dompropstes und Elekten Burkhard. Vgl. May, *Regesten Bremen*, I 201–205; Glaeske, *Erzbischöfe*, 212–219; *Series episcoporum* V/1 164–166; Gatz, *Bischöfe*, 83f.

[12)] Vgl. das dem Erzbischof übersandte Formular des Pallieneides: Schwarz, *Regesten*, 19, Nr. 72; Dr.: Lappenberg, *Hamburgisches UB*, I 336, Nr. 382.

* fol. 36r fraganeis[n, 13)] et dilectis filiis capitulo et ministerialibus Bremensis ecclesie * nostris damus[o)] litteris[p)] in mandatis[q)], ut, postquam idem de mandato nostro per vos[r)] sibi facto ad sepedictam[s)] ecclesiam accesserit gubernandam, tamquam pastori suo ipsi obedientiam et reverenciam debitam exhibentes eidem intendant humiliter et devote. Ad hec[t)] volumus et mandamus, ut contradictores, si qui fuerint, vel[u)] rebelles censura simili appellatione postposita compescatis.

Quodsi non omnes [et cetera][v)], tu ea, fili electe, et[w)] cetera[w)], etiamsi iam fueris in episcopum consecratus.

Datum Lat(erani), III Kal. Novembris, pontificatus nostri anno terciodecimo.

Scriptum est [ipsis][x)] suffraganeis[y)] et aliis predictis[z)] hoc modo: Ex litteris vestris, fratres ..[aa)] Lubicensis et ..[bb)] Liuonensis[cc)] episcopi et filii decane et[dd)] capitulum, nostro est apostolatui reseratum, quod, cum olim Waldemarum, quondam Slewicensem[ee)] episcopum, in archiepiscopum postulassetis a nobis, quidam vestrum electionis sue[ff)] vota in dilectum filium B(urchardum), maiorem[gg)] prepositum ecclesie vestre[gg)], contulerunt[hh)], verum quia ipsius non extitit electio confirmata, vos, quantum in vobis extitit, de alia persona tractantes eidem ecclesie consulere curavistis; propter quod et cetera in e(undem) fe(re) [modum][ii)] sicut[jj)] in alia usque diucius desolate[kk)] dilectis filiis ..[ll)] Mindensi electo et .. abbati Lesbernensi, Monasteriensis diocesis, et custodi[mm)] Monasteriensi nostris dedimus litteris in mandatis, ut inquisita super hiis et cognita veritate, si rem invenerint ita esse, dicto episcopo auctoritate nostra iniungant, ut ad prefatam ecclesiam Bremensem accedat eiusdem regimen in nomine Domini recepturus et cetera ut in alia usque gubernet[nn)], iniungentes nichilominus clero, ministerialibus et populo Osnaburgensis ecclesie, quod eidem episcopo et cetera in e(undem)[oo)] fe(re) mo(dum) ut in alia usque honorem[pp)]; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, postquam idem de mandato nostro sibi facto

---

[n)] *Unterlänge des* -g- *mit zwei Strichen und einem Stern verziert. Migne:* suffraganei. [o)] *Die Schlaufe des unzialen* d- *als Fisch ausgestaltet.* [p)] *In die Schlaufe des* l- *ein Gesicht eingezeichnet.* [q)] *Die Schlaufe des unzialen* -d- *als Fisch ausgestaltet.* [r)] *In den schlaufenartig hochgezogenen Anstrich des* v- *ein Gesicht eingezeichnet.* [s)] *Am Rande ein schräger Strich.* [t)] *Bosquet:* hoc. [u)] *Bosquet folgt:* rel. [v)] *So Bosquet.* [w–w)] *Bosquet, Migne:* cum eorum altero nihilominus exequaris. [x)] *So Bosquet und Migne.* [y)] suffragans. [z)] *Bosquet, Migne:* supradictis. [aa)] *Fehlt bei Bosquet.* [bb)] *Fehlt bei Bosquet.* [cc)] *Migne:* Livoniensis. [dd)] *Bosquet, Migne:* ac*; s. die Empfängerüberlieferung.* [ee)] *Bosquet:* Sleuuicensem; *Migne:* Sleuvicensem. [ff)] s- *korr., vielleicht aus* t-. [gg–gg)] *Bosquet, Migne:* Ecclesiae vestrae maiorem praepositum. *Diese Wortstellung ergäbe einen Cursus velox anstelle des trispondaicus; s. die Empfängerüberlieferung.* [hh)] elegerunt. *So auch Bosquet. Die Emendation bei Baluze und Migne. S. oben S. 243 Z. 1 und die Empfängerüberlieferung.* [ii)] *So Bosquet und Migne.* [jj)] *Bosquet, Migne:* vt. [kk)] *Oben S. 243 Z. 16.* [ll)] *Fehlt bei Bosquet.* [mm)] *Bosquet:* … Custodi*; s. auch die Empfängerüberlieferung.* [nn)] *Oben S. 243 Z. 21.* [oo)] *Bosquet:* eiusdem. [pp)] *Oben S. 243 Z. 24.*

1: et — ecclesie] Bremensis ecclesie et Bremensi capitulo ac ministerialibus eius *1.* 7: omnes — tu] omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu *1.* 7: et cetera] cum eorum altero nichilominus exequaris *1.* 11: .. Lubicensis] Lubicensis *2.* 11: .. Liuonensis] Liuonensis *2.* 11: et] ac *2; s. Anm. dd.* 14: maiorem — vestre] ecclesie vestre maiorem prepositum *2; s. Anm. gg–gg.* 15: elegerunt] contulerunt*; s. Anm. hh.* 19: custodi] .. custodi *2.*

[13)] Suffragane von Bremen: Lübeck, Ratzeburg, Schleswig, Schwerin, Üxküll (Ikšķile).

per executores eosdem ad sepedictam Bremensem ecclesiam accesserit gubernandam et cetera ut in alia usque eidem[qq)] intendatis humiliter et devote. Alioquin dictis executoribus nostris damus litteris in mandatis, ut contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescant.

Datum ut in al(ia) per totum.

Scriptum[rr)] est episcopo Osnaburgensi super hoc in e(undem) fere mo(dum) ut in prima usque recepturus[ss)]. Quocirca fraternitati tue[tt)] per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum a prefatis executoribus tibi fuerit iniunctum, accedas ad ecclesiam memoratam et in Christi nomine regimen eius suscipias ac fideliter exequaris. Nos enim tecum propter necessitatem temporis specialem gratiam et cetera[uu)] usque gubernes[vv)], dantes supradictis exequutoribus in mandatis, ut iniungant clero et cetera usque compescendo[ww)]. Preterea suffraganeis et decano et capitulo et nobilibus viris[xx)] ministerialibus Bremensis ecclesie nostris duximus litteris iniungendum, ut postquam[yy)] et cetera in e(undem) fere mo(dum) ut in al(ia) usque in finem[zz)].

157 (159).

Innocenz III. bevollmächtigt den Erzbischof (Antelmus) von Patras, in der Domkirche (St. Andreas) ein Domkapitel von Regularkanonikern von Saint-Ruf, dessen ausreichende Dotation er garantiert, zu installieren; den Säkularkanonikern soll die Annahme der Regel oder, bei aufrechter Residenz, eine adäquate Versorgung freigestellt werden; der Prior soll von den Brüdern gewählt und vom Erzbischof bestätigt werden, die Wahl des Erzbischofs von Patras gleichfalls dem Domkapitel vorbehalten bleiben.

Lateran, 1210 Oktober 30.

Reg. Vat. 8, fol. 36^{r-v} <Nr. 155 *bzw.* 159*>.*

Bosquet 133, Nr. 159 = Baluze II 485, Nr. 159 = Migne, PL, 216, 336, Nr. 159; Chevalier, Codex, 113, Nr. 100. — Potth. Reg. 4119; Chevalier, Regeste dauphinois, II 49, Nr. 6124; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 525, Nr. 34.

..[a)] Archiepiscopo Patracensi[1)].

Cum ecclesia cathedralis extra civitatem posita Patracensem[2)] occasione secularium clericorum, qui iam in ea pluries ordinati motu demum proprie voluntatis dereli-

---

[qq)] *Oben S. 244 Z. 4.* [rr)] *Davor ein rotes Paragraphenzeichen, durch das zwei ebenfalls rote, kurze, schräge Striche überschrieben sind.* [ss)] *Oben S. 243 Z. 19.* [tt)] *Bosquet:* vestrae. [uu)] *Bosquet fügt hinzu:* vt in alia. [vv)] *Oben S. 243 Z. 21.* [ww)] *Oben S. 243 Z. 25.* [xx)] *Am Ende des Wortes* -e *(?) durchgestrichen.* [yy)] *Fehlt bei Migne.* [zz)] *Bosquet fügt hinzu:* Datum vt in alia.

4: per — ecclesiasticam] censura simili *2.* 5: Datum — totum] Datum Laterani III kalendas Novembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo *2, 3.* 12f.: suffraganeis — ecclesie] venerabilibus fratribus nostris suffraganeis Bremensis ecclesie et Bremensi capitulo ac ministerialibus eius *3.*

157. [a)] *Fehlt bei Bosquet.*

157. [1)] S. Br. XIII 24 Anm. 1.

[2)] Die Domkirche St. Andreas von Patras außerhalb der Stadt an der Küste (s. auch Br. XIII 167 [169]), deren neu installiertes lateinisches Kapitel 1205 Antelm unkanonisch zum EB. gewählt hatte. S. Br. VIII 154 (153); vgl. Bon, *Morée franque*, 452.

querunt eandem, debito servicio fraudaretur, nobis humiliter supplicasti, ut licentiam instituendi conventum regularium canonicorum in ipsa de collegio sancti Rufi[b, 3)] [tibi][c)] concedere dignaremur[4)], quibus ita es pollicitus providere: Inprimis siquidem terras eis et vineas assignabis, de quibus frumentum et annona sufficiens quinquaginta et vinum sufficiens sexaginta personis percipiant sine suis laboribus aut expensis in eorum celarium deferenda. Preterea statues, ut eis pisces et sal ad sufficientiam sine precio ministrentur, daturus ipsis nichilominus olivetum, de quo percipiant oleum, quod ad opus ecclesie necnon eciam ad victum sexaginta sufficiat personarum, conferens eis quoque villanos, trecentas gallinas, ducentas oves, triginta[d)] porcos et centum libras cere ipsis annualiter tributuros, impresentiarum ipsis ducentos porcos et oves largiens septingentas. Pro vestibus autem assignabis eis in certis locis ducentos Perperos[5)] annualiter persolvendos. Ceterum pro recipiendis pauperibus et hospitibus dabis eis quinquaginta carucatas bone terre, quadraginta boves et totidem vaccas bubulosque triginta et tantum vinee, de qua vinum pro decem personis proveniat annuatim, assignans nichilominus eis rusticos, qui sine mercede vel expensis eorum in domo sua labores exerceant; universos omnium proventuum archiepiscopatus[e)] in decimis, mortuariis et helemosinis eisdem medietate concessa. Quod si hec omnia non duxerint acceptanda, dimidiabis cum eis cunctas possessiones ecclesie Patrensis[f)], sic tamen, quod ipsi persolvant crosticam[6)] annuatim, quam principi terre ipsa ecclesia persolvere consuevit.

Nos igitur piis tuis precibus inclinati considerato, quod non solum ecclesia memorata poterit in religione sic in se plantanda[g)] proficere, verum eciam ad alias, que nuper sunt ad ritum Latinitatis adducte, propagacionis[h)] sue palmites dilatare, de consilio fratrum nostrorum hoc tibi duximus concedendum; ita nimirum, ut, si qui[i)]
* fol. 36v * de canonicis secularibus, qui sunt ad presens in ipsa, voluerint ordinem suscipere regularem, hoc eis libere concedatur. Illis autem, qui ordinem ipsum suscipere recusaverint, dummodo per continuam residentiam ecclesie ipsi voluerint[j)] deservire, provideatur de proventibus eius in congrua portione. Ad hec presentium auctoritate statuimus, ut fratres ipsi tantum priorem sibi regulariter eligentes ipsum tibi vel tuis successoribus[k)] representent[k)] confirmandum, iure apud ipsos in perpetuum residente Patrensem[l)] archiepiscopum secundum statuta canonum eligendi.

Nulli ergo omnino[m)] hominum[m)] et[n)] cetera[n)]. Si quis autem[o)] et cetera usque incursurum.

Datum Lat(erani), III Kal. Novembris, pontificatus nostri anno terciodecimo.

---

[b]) *Bosquet, Migne:* Ruffi*; so auch die Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 33v).* [c]) *So Bosquet und Migne.* [d]) trigi(n)tas. [e]) *Bosquet:* Archiepiscopus. [f]) *Bosquet, Migne:* Patracensis. [g]) planta. [h]) *Darnach* se *durchgestrichen.* [i]) *Bosquet:* quid. [j]) *Bosquet, Migne:* curauerint. [k–k]) *Bosquet, Migne:* repraesentent successoribus. [l]) *Bosquet, Migne:* Patracensem. [m–m]) *Fehlt bei Migne.* [n–n]) *Bosquet:* liceat hanc paginam (*Migne:* etc.) nostrae concessionis, et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. [o]) *Bei Bosquet folgt:* hoc attentare praesumpserit.

[3]) Saint-Ruf, Augustiner-Chorherrenabtei in Valence, Dép. Drôme. Vgl. Vones-Liebenstein, *Verband*.

[4]) Zur Umsetzung der Absicht s. auch Br. XV 21 (Migne, *PL*, 216, 559) und XVI 98 (an den Prior von Patras adressiert; *ebd*. 898 A); vgl. Schabel, *Antelm*, 100f., 105f.

[5]) S. Br. XIII 36 Anm. 3.

[6]) S. Br. XIII 23 Anm. 2.

158 (160).

Innocenz III. trägt dem Abt (Arnald) und Konvent von Saint-Ruf auf, dem Wunsch des Erzbischofs (Antelmus) von Patras gemäß und auf dessen Kosten einen Konvent von Regularkanonikern in der Domkirche von Patras einzurichten.

(Lateran, 1210 ca. Oktober 30).

Reg. Vat. 8, fol. 36^{v} <Nr. 156 *bzw.* 160*>.*

Bosquet 134, Nr. 160 = Baluze II 485, Nr. 160 = Migne, PL, 216, 337, Nr. 160; Chevalier, Codex, 115, Nr. 101. — Potth. Reg. 4120; Chevalier, Regeste dauphinois, II 49, Nr. 6125; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 525, Nr. 35.

Abbati[1] et conventui sancti Rufi[a].

Cum ecclesia cathedralis et cetera ut in alia usque fraudaretur[b], venerabilis frater noster Patracensis[2] archiepiscopus nobis humiliter supplicavit, ut licentiam et cetera ut in alia usque de[c] collegio ecclesie vestre [sibi][d] concedere dignaremur, quibus ita est pollicitus providere: Inprimis siquidem terras eis et vineas assignabit de quibus et cetera usque deferenda[e]. Preterea statuet, ut eis pisces et cetera usque pro[f] vestibus autem[g] assignabit eis in certis locis et cetera usque pauperibus[h] et hospitibus dabit eis quinquaginta carucatas et cetera ut in alia per totum usque acceptanda[i] dimidiabit cum eis cunctas possessiones et cetera usque consuevit[j].

Nos igitur piis eius precibus inclinati et cetera usque de[k] consilio fratrum nostrorum hoc sibi duximus concedendum, ita nimirum et cetera usque regulariter[l] eligentes ipsum sibi vel suis representent successoribus confirmandum et cetera usque eligendi[m]. Quocirca devocionem vestram rogamus attentius et monemus per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus huiusmodi propositum pietatis[n] prompto prosequendo[o] favore conventum de fratribus vestris eidem archiepiscopo in suis deducendum expensis propter hoc assignare curetis.

Datum ut in al(ia) per totum.

159 (161).

Innocenz III. trägt dem Erzbischof von Larissa und dem Bischof von Zetunion auf, den Fürsten von Achaia (Gottfried von Villehardouin) und andere Lateiner, die von dem Land Besitz ergriffen haben, zu ermahnen und, wenn nötig, mit kirchlichen Strafen zu zwingen, die Zehente zu zahlen und andere Missbräuche und Usurpatio-

---

158. [a]) *Bosquet, ders., Notae, Migne:* Ruffi*; so auch die Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118. fol. 33^{v}).* [b]) *Br. XIII 157 (159) S. 246 Z. 1.* [c]) *Br. XIII 157 (159) S. 246 Z. 2.* [d]) *So Bosquet.* [e]) *Br. XIII 157 (159) S. 246 Z. 6.* [f]) *Br. XIII 157 (159) S. 246 Z. 11.* [g]) aut(em) *über der Zeile.* [h]) *Br. XIII 157 (159) S. 246 Z. 12.* [i]) acceptando. *Br. XIII 157 (159) S. 246 Z. 18.* [j]) *Br. XIII 157 (159) S. 246 Z. 20.* [k]) *Br. XIII 157 (159) S. 246 Z. 23.* [l]) *Br. XIII 157 (159) S. 246 Z. 29.* [m]) *Br. XIII 157 (159) S. 246 Z. 31.* [n]) *Fehlt bei Migne. Darnach* adimplere *durchgestrichen.* [o]) *Migne:* prosequentes.

158. [1]) Arnald, als Abt von Saint-Ruf (s. Br. XIII 157 [159] Anm. 2) bezeugt 1207–1212, B. von Nîmes 1212–1242. Vgl. *Gallia Christiana* XVI 361f.; Vones-Liebenstein, *Saint-Ruf*, 891 (Index).

[2]) S. Br. XIII 24 Anm. 1.

nen kirchlicher Rechte abzustellen, und ihm, falls sein Einschreiten nötig sein sollte, darüber zu berichten.

Lateran, 1210 Oktober 31.

Reg. Vat. 8, fol. 36^{v} <Nr. 157 *bzw.* 161*>.*

Bosquet 135, Nr. 161 = Baluze II 486, Nr. 161 = Migne, PL, 216, 338, Nr. 161; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 400, Nr. 171. — Potth. Reg. 4121.

Archiepiscopo Larisseno[1)] et episcopo Cithoniensi[2)].

Exposuit nobis venerabilis frater noster ..[a)] archiepiscopus Patracensis[3)], quod nobilis vir .. dominus Achaie[4)] et quidam alii Latini habentes in illa terra dominium corporale, possessiones, quas ecclesie sub annua certa pensione consueverant Grecorum temporibus retinere, per violentiam auferentes secundum curie sue iudicium ipsas ordinant et disponunt, cogentes ecclesiarum prelatos de litigiosis possessionibus in foro contendere seculari[5)] et consuetudinibus ac constitucionibus[b)], quas [illic][c)] ipsi noviter creavere, subesse, nullam inter laicos et clericos aut ecclesias differenciam faciendo. Negotia vero ecclesiastica, que vel apostolice commissionis auctoritate vel ordinarie[d)] iurisdicionis[d)] racione a viris ecclesiasticis sunt tractanda, sine licentia sua terminari non sinunt; que si forsan preter[e)] voluntatem eorum decisa fuerint, quod statuitur, non servatur. Qui eciam propriis episcopis inconsultis abbatias, ecclesias ac prebendas necnon eciam quelibet ecclesiastica beneficia laicis et clericis indifferenter tribuunt, sicut volunt, et vacantes ecclesias per proprium ordinari prelatum minime permittentes canonicos quoque in nonnullis ecclesiis intrudere non verentur[6)], excommunicatos tam clericos quam et laicos in sua pertinatia confovendo. Cumque dudum ad bellum contra Michalicium[7)] processuri recipientes corpus et sanguinem Iesu Christi omnes pariter promisissent, quinymo per votum obligaverint se sollempne, quod de ipso prelio redituri decimas ecclesiis suis solverent et subditos suos tam Latinos quam Grecos cogerent ad solvendum, id postmodum efficere non curarunt.

Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus Latinos huiusmodi, ut decimas ecclesiis suis solvant, sicut ex communi iure[8)] ac speciali quo-

---

159. [a)] *Fehlt bei Bosquet.* [b)] *Bosquet, Migne:* institutionibus. [c)] *So Bosquet und Migne.* [d–d)] *Bosquet, Migne:* iurisdictionis ordinariae. [e)] *Bosquet:* propter.

Nos autem priori[i)] sancte Reparate[j), 9)] ac M. canonico[10)], Lucanis, iniunximus, ut eandem * sententiam, quemadmodum erat iusta, execucioni mandarent. Sed idem presbiter ex illa clausula «sicut[k)] erat iusta» diffugii occasionem assumens ad sedem apostolicam appellavit, propter quod sententia ipsa non extitit execucioni mandata. Cum autem postea coram dilecto filio G., subdiacono et capellano nostro, ad impugnandam supradictam sententiam quasdam exhibuisset litteras venerabilis fratris nostri .. episcopi Florentini[11)], ex quibus colligi videbatur, quod predictus magister Z(enobius) tempore late sententie fuerat excommunicationis sententia innodatus, litteris tamen ipsis circa tenorem atque sigillum appensum habitis manifeste suspectis pronunciavit subdiaconus antedictus de consilio sapientum sepedictum presbiterum, qui diucius super ipso negotio litigando huiusmodi litteras numquam duxerat exhibendas, contra supradictam sententiam nullatenus ulterius audiendum, perpetuum super hoc ei[l)] silencium imponendo. Et licet eidem presbitero ab ipsa sententia provocanti dilectus filius S., subdiaconus et capellanus noster, fuerit post hec concessus auditor, numquam tamen per se aut procuratorem ydoneum expectatus diucius comparuit coram eo. Nuper eciam, licet quidam laicus, cui pro presbitero memorato clamanti dilectum filium Rainaldum, acolitum et capellanum nostrum[12)], concessimus auditorem, quoddam coram eo exhibuerit instrumentum, in quo in verbo veritatis

* fol. 39r

---

h) *Darnach* ad *durchgestrichen*. i) *Bosquet:* ... Priori. j) Reparata. k) *Bosquet, Migne:* quemadmodum*; s. oben Z. 17.* l) *Migne:* eidem.

8) Alatrinus, päpstlicher Subdiakon und Kaplan, 1209/1210 als Auditor eingesetzt. S. Br. XII 53. Vgl. Elze, *Kapelle*, 179, Anm. 206. Dieser ist allerdings nicht, wie dort proponiert, identisch mit dem unter Honorius III. wirkenden Kaplan und Legaten. Vgl. *DBI* 1 (1960) 587.

9) S. Reparata, die erste Kathedrale, Kollegiat- und Taufkirche in Lucca; als Prior ist 1194 Martin bezeugt. Vgl. *IP* III 409, Nr. 9.

10) Mit der Initiale M. ist der Domkanoniker Manfredinus von Lucca 1208–1214 bezeugt. Vgl. Savigni, *Episcopato*, 447.

11) Johannes von Velletri, B. von Florenz 1205–1230. Vgl. Quilici, *Chiesa secolo XIII*, passim.

12) Rainald, als päpstlicher Akolyth und Kaplan bezeugt 1208–1210, wohl der spätere Vizekanzler (1213–1215). Vgl. Elze, *Kapelle*, 176, 179 mit Anm. 205; Bischoff, *Urkundenformate*, 39; Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 390f.

idem presbiter fatebatur se illa corporis infirmitate gravatum, quod sedem non poterat apostolicam visitare, ad defensionem tamen illius nichil aliud allegavit.

Volentes igitur finem imponi huiusmodi controversie tociens suscitate, ne sepedictus presbiter lucrum de tanta tergiversacione reportet, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem presbiterum contra dictam sententiam nullatenus audientes sententiam ipsam appellatione remota executioni mandetis; contradictores per censuram ecclesiasticam compescentes.

Datum Lat(erani), XVI Kal. Decembris, anno tertiodecimo.

177 (179).

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Peter) von Compostela das Urteil im Prozess zwischen dem Abt (Julianus) und den Mönchen von Lorvão einerseits und der Königin Theresa (von León) andererseits durchzusetzen: Abt und Mönche sollen, da sie gewaltsam vertrieben wurden, in ihre Abtei wiedereingesetzt und entschädigt werden; daraufhin sollen sie jedoch aufgrund ihrer Verfehlungen auf andere Klöster aufgeteilt und der Königin Theresa erlaubt werden, einen Zisterzienserinnenkonvent für 40 Nonnen dort einzurichten und zu finanzieren; andernfalls soll das Kloster durch Benediktiner aus anderen Abteien reformiert werden.

Lateran, 1210 November 15.

Empfängerüberlieferung: 2 Originale: Lissabon, Torre do Tombo, Mosteiro de Lorvão, DE, m. 1, n. 3 (1) und 4 (2).

Reg. Vat. 8, fol. 39r <Nr. 175 *bzw.* 179>.

Bosquet 145, Nr. 179 = Baluze II 491, Nr. 179 = Migne, PL, 216, 348, Nr. 179; Mansilla, Documentación, 471, Nr. 441; Da Costa–Marques, Bulário, 286, Nr. 148. — Potth. Reg. 4132; Sailler, Papsturkunden, 101, Nr. 45; Linehan, Portugalia Pontificia, I 127, Nr. 65.

Vgl. Marques, Passagem, 94.

Compostellano archiepiscopo[1].

Causam, que vertebatur inter .. abbatem et monachos de Lorban(o)[2] ac illustrem[a] reginam Tarasiam[3], post multas commissiones[4] tibi duximus delegandam, qui

---

177. [a]) *Darnach* resn *durchgestrichen.*

177. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach Photokopien der Originale):*

26: Compostellano archiepiscopo] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. Compostellano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem *1, 2.*

177. [1]) S. Br. XIII 76 Anm. 4.

[2]) Julianus, als Abt von São Mamede de Lorvão (Ben.-Abtei nordöstlich von Coimbra) bezeugt seit Mai/Juni 1204. Vgl. Marques, *Passagem*, 102, Nr. 4; *LMA* 5 (1991) 2120.

[3]) Theresa, Tochter König Sanchos I. von Portugal, geb. ca. 1177, heiratete 1191 König Alfons IX. von León; die Ehe wurde 1195/1196 aufgrund von Blutsverwandtschaft getrennt. Gest. 1250, in der nunmehrigen Zisterzienserinnen-Abtei Lorvão; seliggesprochen 1705. Vgl. Da Costa–Marques, *Búlario*, 59f. Anm.; *LMA* 8 (1997) 551.

[4]) Zur Ersetzung des Benediktinerkonvents in Lorvão durch eine von der Infantin Theresa dort installierte benediktinische Frauengemeinschaft (1205/1206) und deren Anfechtung durch den Abt

diligenter in illa procedens eam nobis remisisti sufficienter instructam. Nos igitur utriusque partis attestacionibus et allegacionibus intellectis ita duximus sententialiter providendum, ut, quia constitit nobis prefatos abbatem et monachos per vim et metum[5)] fuisse coactos monasterium de Lorban(o) deserere disponendum predicte regine, que, sicut conata fuerat ab inicio, sic demum quasdam in illud monachas introduxit, quas tamquam propriam familiam ibi continet et gubernat[6)], illis honeste remotis ab ipso iidem abbas et monachi reducantur in illud et restituantur ad plenum ita, quod eius bona dilapidare non possint, debitis tamen ab ipsa regina solutis, que propter iustas et moderatas expensas necessario contraxerunt. Cum autem plenam fuerint restitutionem adepti, quia probatum est evidenter predictum monasterium per eosdem abbatem et monachos multis et magnis criminibus irretitos in spiritualibus et temporalibus esse collapsum, ipsi de illo protinus excludantur et per monasteria, que bene sint ordinata, singuli collocentur, ut et locus inquinatus ab ipsis ab eorum spurtitiis emundetur et ipsi in locis aliis dignam agant penitentiam pro peccatis, quatinus hac adhibita providentia nec libertas ecclesiastica per secularem[b)] insolentiam ancilletur nec enormes excessus remaneant incorrecti. Monasterio denique sic vacante, si sepedicta regina fervore religionis accensa voluerit illud a debitis liberando tam in officinis quam aliis necessariis taliter preparare, quod conventus quadraginta monialium possit in eo secundum statuta Cistertiensis ordinis[7)] congrue sustentari, moniales predicte de nostra licencia reducantur in illud et secundum institutiones[c)] predicti ordinis disponantur. Alioquin per honestos[d)] monachos nigri ordinis de diversis monasteriis assumendos idem monasterium reformetur.

Volentes igitur, ut hec, que provide sunt statuta, per sollicitudinem tuam fideliter impleantur, fraternitati tue, de qua plenam fiduciam optinemus, per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus ea sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo facias adimpleri; contradictores, si forsan[e)] apparuerint, sive mulieres fuerint sive viri, per censuram ecclesiasticam compescendo.

[b)] *Darnach* in(n)oce(n)tia(m) *durchgestrichen*. [c)] institut(i)o(ne)m; institutiones *bei Bosquet, Migne und in der Empfängerüberlieferung.* [d)] honestu(m); honestos *bei Bosquet, Migne und in der Empfängerüberlieferung.* [e)] *Bosquet, Migne:* forsitan*; s. die Empfängerüberlieferung.*

17: sepedicta] predicta *1, 2.* 20f.: institutionem] institutiones *1, 2; s. Anm. c.* 21: honestum] honestos *1, 2; s. Anm. d.* 26: forsan] forsitan *1, 2; s. Anm. e.*

und die Mönche vor dem Papst s. Br. IX 172 (173) vom Oktober 1206 an den B. und den Domdekan von Zamora und den Abt von Moreruela und die Berichte der delegierten Richter vom Juli 1208: Da Costa–Marques, *Búlario*, 257, Nr. 130; 258, Nr. 131; 262, Nr. 132, sowie die Untersuchung durch den B. und den Domdekan von Porto (Da Costa–Marques, *Búlario*, 241, Nr. 120) und die Verkündigung des Ergebnisses im Dezember 1206 durch die B. von Porto und Lissabon (Da Costa–Marques, *Búlario*, 242, Nr. 121). Vgl. auch Vasconcelos Vilar, *D. Afonso II*, 116–121.

[5)] Vgl. Digesten 4. 2. 1 (Ed. Mommsen 50).

[6)] Zwischen März 1205 und September 1206 hatte der B. von Coimbra den Verzicht des Abtes Julianus und der Mönche und die Übertragung der Abtei an Theresa verkündet (Marques, *Passagem*, 104, Nr. 7; vgl. *ebd.* 88, 91f.), und etliche Mönche sagten Ende 1206 vor dem B. und Domdekan von Porto aus, dass sie das Kloster freiwillig verlassen hätten (Da Costa–Marques, *Búlario*, 241, Nr. 120; vgl. auch 242, Nr. 121).

[7)] Zur Rolle Theresas bei der Etablierung der Zisterzienserinnen in Portugal vgl. auch Marques, *Primeiras freiras*, bes. 132f.

Quodsi predicti abbas et monachi secundum prescriptam formam redire noluerint, tu in ceteris mandatum apostolicum prosequaris[8]).

Datum Laterani, XVII Kal. Decembris, anno tertiodecimo.

178 (180).

Innocenz III. bestätigt auf Wunsch der Gräfin B(lanche) der Champagne den Vertrag, der zwischen dieser und König Philipp (August) von Frankreich über die Vormundschaft über ihren Sohn (Theobald), dessen Lehenseid an den König und anderes geschlossen wurde.

Lateran, 1210 November 22.

Reg. Vat. 8, fol. 39^{r-v} <Nr. 176 bzw. 180>.
Empfängerüberlieferung: Original, Paris, Archives Nationales, J 198 B, Nr. 133.
Dumay 25, Nr. 11; Bosquet 146, Nr. 180 = Baluze II 492, Nr. 180 = Migne, PL, 216, 350, Nr. 180. — S. unten Abb. VIII. — Potth. Reg. 4135; Barbiche, Actes, I 39, Nr. 91.

Nobili mulieri B(lance), comitisse Campanie[1]).

Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecta in Christo filia, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu compositionem inter te ac carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francorum[2]) illustrem, super custodia ..[a]) nati tui[3]) et ab ipso nato eidem regi hominio faciendo et quibusdam aliis articulis initam[4]), sicut provide[b]) facta est et ab utraque parte sponte recepta et iuramento * firmata et[c]) in autenticis exinde confectis plenius contine-
* fol. 39^{v}

3: anno] pontificatus nostri anno *1, 2*.

[8]) Zur Ausführung des Urteils, 1211, s. Da Costa–Marques, *Búlario*, 308, Nr. 162 (Delegation durch den EB. von Compostela an den B. von Lamego); 311, Nr. 163; 312, Nr. 164; 314, Nr. 165. Nach Entschädigung und Verzicht der Mönche wurde die Abtei als Zisterzienserinnen-Kloster S. Maria de Lorvão neu gegründet. Vgl. Marques, *Passagem*, passim; *Dicionário de História Religiosa de Portugal* I 348.

178. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b]) *Dumay:* proinde. [c]) ut; et *bei Bosquet, Dumay, Migne und in der Empfängerüberlieferung.*

178. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einem Photo des Originals):*

14: Nobili — Campanie] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecte in Christo filie nobili mulieri B(lance), comitisse Campanie, salutem et apostolicam benedictionem. 21: ut] et*; s. Anm. c.*

178. [1]) Blanche von Navarra, heiratete 1199 Graf Theobald III. der Champagne (1198–1201), Regentin 1199–1222, gest. 1229. Vgl. Evergates, *Aristocratic Women*, 81–85; ders., *Cartulary*, 3–10.

[2]) S. Br. XIII 66 Anm. 3.

[3]) Theobald IV., Graf der Champagne 1222–1253. Vgl. Evergates, *Aristocracy*, 42–50 und ad indicem.

[4]) Vertrag vom Juli 1209: Monicat–Boussard, *Recueil*, III 171, Nr. 1088 (Philipp August); Teulet, *Layettes*, I 332, Nr. 878 (Blanche); Evergates, *Cartulary*, 261, Nr. 292 (Ludwig [VIII.] von Frankreich).

tur, auctoritate apostolica confirmamus et[d)] presentis scripti patrocinio communimus[d)].

Nulli ergo et[e)] cetera usque[e)] incursurum.

Datum Lat(erani), X[f)] Kal. Decembris, anno XIII°.

179 (181).

Rechtsauskunft für den Bischof (Jakob ?) von Tivoli: Rainaldus, den seine Mutter als Sohn des Bürgers T. von Tivoli ausgegeben hat, kann wegen Blutsverwandtschaft dessen Nichte Sophia nicht heiraten, auch wenn die Mutter danach die Vaterschaft des T. wieder bestritten hat.

Lateran, 1210 November 27.

Reg. Vat. 8, fol. 39[v] <Nr. 177 bzw. 181>.

Dumay 27, Nr. 12; Bosquet 147, Nr. 181 = Baluze II 492, Nr. 181 = Migne, PL, 216, 350, Nr. 181. — Comp. IV 2. 6. 2; Coll. Fuld. 2. 15. 11; Coll. Prag. 29; Coll. Pal. I 11; Coll. Abrincen. II 24; X 2. 19. 10. — S. unten Abb. VIII. — Potth. Reg. 4136.

Episcopo Tyburtino[1)].

Per[a)] tuas nobis litteras intimasti, quod, cum T., Tiburtinus civis, per[b)] septennium quandam[b)] habuerit concubinam nec prolem interim susceperit ex eadem ac ipsa postmodum divertens ab eo ad ipsum post non multum temporis rediisset, filium, quem reversa in domum ipsius peperit, ex eo se asseruit suscepisse[c)]. Qui licet a principio dixerit illum nequaquam filium[d)] suum esse[d)], cum mulier illa per septennium eidem[e)] cohabitans ex eo minime concepisset, mulieris tamen[f)] et aliorum devictus instantia eum filium[g)] suum[g)] recognovit Rainaldum eum nomine appellando. Cum autem idem R(ainaldus) ad virilem pervenisset etatem et domum Saturnelle sororis ipsius T. frequentaret[h)], que ipsum nepotem suum publice nominabat, et Sophiam ipsius Saturnelle filiam, cum qua cotidianam conversationem habuerat, in vinea[i)] invenisset,

---

[d–d]) *Fehlt bei Dumay.* [e–e]) *Dumay, Bosquet:* omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit. *Migne:* etc., nostrae confirmationis, etc. Si quis autem, etc., usque. [f]) *Fehlt bei Dumay.*

3: et cetera — incursurum] omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. 4: anno] pontificatus nostri anno.

179. [a]) *Am Rande:* De p(ro)bat(ionibus) *(X 2. 19. 10).* [b–b]) *Dumay, Bosquet, Migne:* quandam per septennium. [c]) *Dumay:* concepisse. [d–d]) *Dumay:* suum esse filium. [e]) *Dumay:* ei. [f]) *Dumay, Bosquet, Migne:* tandem. [g–g]) *Dumay, Bosquet, Migne:* suum filium. [h]) frequentare; frequentaret *bei Dumay, Bosquet und Migne.* [i]) *Bosquet:* vineam.

179. [1]) Vielleicht Giacomo Antonio Colonna, B. von Tivoli 1210–1219; der Vorgänger Milo ist 1179 bis Dezember 1209 bezeugt. Vgl. Cascioli, *Serie*, IV 55–57; 152–162.

arravit et carnaliter cognovit eandem. Quod cum pervenisset ad notitiam Saturnelle, acriter increpavit utrumque et apud[j)] se filiam[j)] retinens supradictum R(ainaldum) removit a domo. Cum autem mater ipsius[k)] R(ainaldi) accepisset, quod pater eiusdem Sophie dicto R(ainaldo) graviter minabatur, in civitatis platea iuravit publice coram multis, quod Rainaldus supradictam S(ophiam) propinquitatis linea[l)] minime contingebat, affirmans sub virtute prestiti[m)] iuramenti se de alio quam de supradicto T. antefatum[n)] suscepisse R(ainaldum).

Cum ergo nos duxeris consulendos, an mulieris assertioni standum[o)] sit[o)] in hac parte et an memoratus R(ainaldus) supradictam S(ophiam) habere valeat in uxorem, insinuatione tibi[p)] presentium[p)] respondemus, quod, cum idem R(ainaldus), quem dicta mulier filium[q)] dicti T.[r)] primitus constanter asseruit et ille ipsius precipue devictus instantia ipsum[s)] suum filium publice[t)] recognovit, filius dicti T. nominatus communiter [fuerit][u)] ab[v)] ambobus et habitus[v)], eiusdem mulieris[w)] iurationi[x)] postmodum in contrarium prestite non est standum, cum nimis indignum sit iuxta legitimas sanctiones[2)], ut, quod sua quisque voce dilucide[y)] protestatus est, id in eundem casum[z)] proprio valeat testimonio infirmare. Unde apparet per consequentiam, quod predictus R(ainaldus) memoratam S(ophiam), cuius prima facie presumitur consobrinus, habere non potest aliquatenus in uxorem[3)].

Datum Lat(erani), V Kal. Decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

180 (182).

Innocenz III. trägt dem Abt (Johannes) von Saint-Victor, dem Domkanzler (Johannes) und dem Dekan (Michael) von Saint-Marcel, alle von Paris, auf, den Archipresbyter (Guido) von Saint-Jacques(-de-la-Boucherie) in Paris zu zwingen, dem dortigen Priorat Saint-Martin-des-Champs jährlich die Hälfte aller Einkünfte seiner Kirche zu zahlen.

Lateran, 1210 November 30.

Reg. Vat. 8, fol. 39^{v}–40^{r} <Nr. 178 *bzw.* 182*>.*

Bosquet 148, Nr. 182 = Baluze II 493, Nr. 182 = Migne, PL, 216, 351, Nr. 182. — S. unten Abb. VIII. — Potth. Reg. 4138.

[j–j]) *Dumay:* filiam apud se. [k]) -u- *korr.* [l]) line; linea *bei Dumay und Migne.* [m]) *Dumay:* praedicti. [n]) antefatus; antefatum *bei Dumay, Bosquet und Migne.* [o–o]) *Dumay:* sit standum. [p–p]) *Dumay:* praesentium tibi. [q]) *Am Rande, rot unterpungiert und von verweisender Hand umrahmt.* [r]) *Dumay:* Tyburtini. [s]) *Dumay:* ipse. [t]) *Dumay:* penitus. [u]) *So Dumay, Bosquet und Migne.* [v–v]) *Dumay, Bosquet, Migne:* et habitus ab ambobus. [w]) mul(ie)ri; mulieris *bei Dumay, Bosquet und Migne.* [x]) rationi; iurationi bei *Dumay, Bosquet und Migne.* [y]) dulcide; dilucide bei *Dumay, Bosquet, Migne und in Codex 4. 30. 13 (s. Anm. 2).* [z]) casuu(m); casum *bei Dumay und Bosquet.*

[2]) Codex 4. 30. 13 (Ed. Krueger 170).

[3]) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 28 q. 1 p. c. 14 pars V § 3; C. 35 q. 2 et 3 c. 8 § 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 1088, 1265f.).

Abbati sancti Victoris[1], ..[a] cancellario[2] et[b] ..[b] decano sancti Marcelli[3], Parisien(sibus).

Cum causam, que inter monasterium sancti Martini de Campis[4] et ..[c] archipresbiterum ecclesie sancti Iacobi, Parisien(sium)[5], cuius ius[d] patronatus ad ipsum monasterium pertinet, super medietate proventuum eiusdem ecclesie, quam[e] in ea sibi monasterium[f] vendicabat[6], dilectis filiis ..[g] abbati sancti Iohannis de Valleia[h, 7], .. archidiacono[8] et .. cantori[9], Carnoten(sibus), olim duxerimus committendam[i, 10], ipsi demum de meritis cause redditi certiores habito prudentum consilio supradictum archipresbiterum ad reddendum[j] annuatim monasterio antefato medietatem omnium proventuum ecclesie sancti Iacobi condempnarunt. Super qua sententia cum tam coram iudicibus delegatis a nobis quam coram nobis diutius fuerit litigatum, nos demum hiis, que utraque pars proposuit, intellectis de fratrum nostrorum consilio sententiam[k] predictorum iudicum approbantes archipresbiterum antedictum super medietate omnium proventuum ecclesie sue annuatim monasterio sancti Martini reddenda sententialiter meminimus condempnasse[11], dilectis filiis .. abbati[12] et .. priori sancti Germani de Pratis et magistro R(oberto) de Corzon, canonico Paris(iensi)[13], nostris dantes litteris in mandatis, ut, quod fuit a nobis sententialiter diffinitum, facerent appellatione remota inviolabiliter observari contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo.

---

180. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b–b]) *Bosquet: …* et. [c]) *Fehlt bei Bosquet.* [d]) *Über der Zeile.* [e]) *Darnach* s *durchgestrichen.* [f]) *Darnach* b *durchgestrichen.* [g]) *Fehlt bei Bosquet.* [h]) *Bosquet:* Vallera. [i]) *Darnach* de *durchgestrichen.* [j]) *Bosquet*: credendum. [k]) s(ente)n(ti)ar(um)*;* sententiam *bei Bosquet und Migne.*

180. [1]) Johannes (I.), Abt von Saint-Victor (Augustiner-Chorherrenstift in Paris) 1203–1228. Vgl. Bonnard, *Saint-Victor*, I 277–303.

[2]) Magister Johannes von Candeilles (le Chandelier), Domkanoniker von Noyon 1206 (s. Br. IX 181 [182, 183]), Kanzler von Paris 1209/1210–1214/1215. Vgl. Glorieux, *Repertoire*, I 270; *Dict. HGE* 26 (1997) 1400; Baldwin, *Masters*, II 11.

[3]) Magister Michael, als Dekan von Saint-Marcel (Kollegiatstift in Paris) bezeugt im Januar und Juni 2011. Vgl. Poupardin, *Saint-Germain*, II 175, Nr. 389; 179, Nr. 392.

[4]) Saint-Martin-des-Champs, Kollegiatstift in Paris.

[5]) Guido, als Archipresbyter von Saint-Jacques-de-la-Boucherie nördlich des Pont Notre-Dame (der Pfarrer von Saint-Jacques ist einer der 12 Archipresbyter von Paris) bezeugt seit 1200–1223/1224. Vgl. Lebeuf, *Histoire*, I 196–198, 215; Lebeuf–Bournon, *Histoire*, 153f.; Meurgey, *Histoire*, 86.

[6]) Am 24. Dezember 1209 erging ein Delegationsreskript an Pariser Domkanoniker, über die Weigerung des Archipresbyters, dem Prior und Konvent von Saint-Martin den Eid zu leisten, und über umstrittene Einkünfte zu entscheiden. S. Barbiche, *Actes*, I 36, Nr. 84.

[7]) Nikolaus, als Abt von Saint-Jean-en-Vallée (Augustiner-Chorherrenabtei in Chartres) bezeugt 1197, 1212. Vgl. *Gallia Christiana* VIII 1312.

[8]) Magister Heinrich von Berou (von Dangeau), Archidiakon von Chartres 1194–1211. Vgl. Merlet–Merlet, *Dignitaires*, 129f.; Müller, *Delegationsgerichtsbarkeit*, II 258f., Nr. 136f.

[9]) Goslenus von Orrevilla, von Ouarville (Cant. Voves, Arr. Chartres, Dép. Eure-et-Loir), Domkantor von Chartres 1206–1221. Vgl. Merlet–Merlet, *Dignitaires*, 35, Nr. 18.

[10]) Das Mandat Innocenz' III. an die delegierten Richter erging am 20. März 1206: Barbiche, *Actes*, I 28, Nr. 62.

[11]) Br. XII 147 vom 20. Dezember 1209.

[12]) S. Br. XIII 90 Anm. 1.

[13]) S. Br. XIII 1 Anm. 6.

Cum autem archipresbiter, sicut executores ipsi per suas nobis litteras intimarunt, sepedictam proventuum medietatem monasterio integraliter solvere detractaret[l] et ad querimoniam monasterii eius sepius iteratam ipsi archipresbiterum pluries monuissent, ut apostolico mandato parendo a monasterii super hoc inquietatione cessaret ac eidem satisfaceret de subtractis et id postea sub excommunicationis pena ei[m] sepe mandassent, quia tamen archipresbiter eorundem monitis vilipensis nostre presumebat sententie obviare parrochianos suos contra monachos sancti Martini ad ecclesiam sancti Iacobi pro suis accedentes iustitiis nequiter incitando, eum excommunicationis vinculo innodarunt facientes eundem[n] per dilectum filium ..[o] archidiaconum Parisiensem[14] in universis Parisiensibus ecclesiis excommunicatum publice nunciari. Unde, cum nuper idem archipresbiter ad nostram presentiam accessisset, recepto ab eo[p] corporaliter iuramento iuxta formam ecclesie[15] ipsi fecimus absolutionis[q] beneficium[q] impendi firmiter iniungentes eidem sub debito prestiti iuramenti, [ut][r] medietatem omnium proventuum ecclesie sancti Iacobi nulla prorsus vel pro expensis vel pro alia causa deductione facta reddat integraliter annuatim monasterio memorato.

* fol. 40[r] * Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus faciatis id[s] sublato appellationis obstaculo adimpleri; contradictores autem[t], si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam compescentes, ita videlicet, quod, si dictus archipresbiter mandato nostro presumpserit ulterius obviare, tam pro periurio quam pro presumptione huiusmodi ipsum appellatione remota pena canonica castigetis.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea et cetera.

Datum Lat(erani), II Kal. Decembris, anno tertiodecimo.

181 (183).

Innocenz III. trägt allen Erzbischöfen und Bischöfen in Spanien auf, den Kampf des Infanten F(erdinand) von Kastilien gegen die Sarazenen in seinem Reich zu unterstützen, indem sie die Könige und Fürsten ihrer Provinzen und Bistümer zur Teilnahme und deren Untertanen zur Unterstützung auffordern und ihnen und allen Pilgern, die sich weiters daran beteiligen, einen vollständigen Ablass erteilen.

Lateran, 1210 Dezember 10.

Reg. Vat. 8, fol. 40[r] <Nr. 179 *bzw.* 183*>.*

---

[l]) *Migne:* detrectaret. [m]) *Migne:* et. [n]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [o]) *Fehlt bei Bosquet.* [p]) *Bosquet, Migne:* ipso. [q–q]) *Bosquet, Migne:* beneficium absolutionis. [r]) *So Bosquet und Migne.* [s]) *Bosquet, Migne:* idem. [t]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

[14]) Als Archidiakone von Paris sind bezeugt: Wilhelm, Sohn von Walter le Chamberlain, Kantor und Archidiakon 1204/1209, B. von Meaux 1214–1221 (s. Br. XI 124 [129]; vgl. Baldwin, *Masters*, I 26, II 11; ders., *Government*, 107); Hamericus, ab 1193, gest. um 1210 (vgl. Guérard, *Cartulaire Notre-Dame*, II 468, Nr. 105; IV 69, Nr. 150, und ad indicem); Odo Clementis, königlicher Familiar, ab 1195 (vgl. Guérard, *Cartulaire Notre-Dame*, III 358, Nr. 15; II 80, Nr. 73; IV 127, Nr. 245, und ad indicem), Dekan von Saint-Martin in Tours 1211–1216 (vgl. Baldwin, *Government*, 119); Adam, bezeugt 1209 (?) (Br. XI 200 [205]) und 1212 (vgl. Guérard, *Cartulaire Notre-Dame*, I 143, Nr. 169).

[15]) S. Br. XIII 125 (127) Anm. 8.

Bosquet 149, Nr. 183 = Baluze II 493, Nr. 183 = Migne, PL, 216, 353, Nr. 183; Mansilla, Documentación, 472, Nr. 442; Alvira Cabrer, Pedro el Católico, III 1160, Nr. 1097. — Potth. Reg. 4142; Gorosterratzu, Don Rodrigo, 414, Nr. 8; Balladore Pallieri–Vismara, Acta pontificia, 464, Nr. 147, 567, Nr. 69.

Archiepiscopis et episcopis per Hispaniam constitutis.

Significavit[a)] nobis dilectus filius F(erdinandus)[1)] primogenitus karissimi in Christo filii nostri A(ldefonsi), illustris regis Castelle[2)], quod ipse milicie sue primitias omnipotenti Deo desiderans dedicare ad exterminandum inimicos nominis Christiani de finibus hereditatis[b)] ipsius, quam impie occuparunt, intentionis studium toto conamine satagit impertiri suppliciter postulans et devote requirens, ut ei ad hoc opus feliciter[c)] consumandum et nos ipsi apostolicum impendamus suffragium et ab[d)] aliis faciamus subsidium[e)] oportunum[e)] exhiberi. Nos igitur pium eius propositum in Domino commendantes fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus reges et principes vestros, qui non sunt cum illis ad treugas observandas astricti, ad opus simile peragendum sedulis exhortationibus inducatis, monentes ex parte Dei et nostra subditos vestros et in remissionem eis iniungentes[f)] omnium peccaminum[f)], quatinus tam prefato primogenito regis Castelle quam aliis regibus et principibus vestris ad hoc opus salubriter intendentibus necessarium impendant[g)] auxilium in rebus pariter et personis, ut per hec et alia bona, que fecerint[h)], celestis regni gloriam consequi mereantur. Pari quoque remissione gaudere concedimus peregrinos, qui propria devotione undecumque processerint ad idem opus fideliter exequendum. Taliter autem studeatis exequi quod mandamus, ut sollicitudo vestra clareat in effectu nosque devotionem vestram valeamus merito commendare.

Datum Lat(erani), IIII Idus Decembris anno tertiodecimo.

182 (184).

Innocenz III. befiehlt dem Patriarchen (Thomas) von Konstantinopel, den Lateinern bei Strafe der Exkommunikation zu verbieten, die Griechen und insbesondere (den Herrn von Epirus) Michael bei ihren Kriegszügen gegen den Kaiser H(einrich) von Konstantinopel zu unterstützen, und den Kaiser zu ermahnen, die Lateiner in seinem Dienst angemessen zu entlohnen, damit sie nicht aus Mangel zu den Griechen über-

---

181. [a)] *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b)] -ti- *über der Zeile.* [c)] *Bosquet, Migne:* fideliter; feliciter *auch in Br. XIV 3 (Reg. Vat. 8 fol. 45ʳ).* [d)] *Am Rande ein Schrägstrich.* [e–e)] *Bosquet, Migne:* opportunum subsidium*; so auch Br. XIV 3.* [f–f)] *Darnach* pec- *durchgestrichen. Bosquet, Migne:* omnium peccaminum iniungentes*; so auch Br. XIV 3.* [g)] *Migne:* impendent. [h)] *Bosquet:* fuerint; fecerint *auch in Br. XIV 3.*

181. [1)] Ferdinand, Infant von Kastilien, geb. 1189, gest. 14. Oktober 1211. Zu seinen Kreuzzugsambitionen und zur Teilnahme am Feldzug von 1210 s. Br. XIV 3, 4, 5 (Migne, *PL*, 216, 379–381; Mansilla, *Documentación*, 474, Nr. 446; 475, Nr. 447; 476, Nr. 448); vgl. Mansilla, *Inocencio III*, 46f.; Gonzalez, *Reino*, I 207–209, 985f.

[2)] Alfons VIII., König von Kastilien 1158–1214.

laufen; gegen Zuwiderhandelnde soll er mit kirchlichen Strafen, die nur der apostolische Stuhl aufheben kann, vorgehen. (Dasselbe trägt der Papst den Erzbischöfen, Bischöfen und Prälaten der Romania auf, wobei er ihnen die Vollmacht erteilt, deswegen Exkommunizierte, die sich den Befehlen der Kirche unterwerfen, zu absolvieren.)

Lateran, 1210 Dezember 7.

Reg. Vat. 8, fol. 40^{r-v} <Nr. 180, 181 *(a pari-Brief) bzw.* 184>.

Bosquet 149, Nr. 184 = Baluze II 494, Nr. 184 = Migne, PL, 216, 353, Nr. 184; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 402, Nr. 173. — Potth. Reg. 4139, 4139; Wauters, Table chronologique, III 331, 332; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 183, Nr. 112; Balladore Pallieri–Vismara, Acta pontificia, 542, Nr. 309.*

Constantinopolitano patriarche[1].

Ex[a] litteris karissimi in Christo filii nostri H(enrici)[b], Constantinopolitani imperatoris[2] illustris, nostro est apostolatui reseratum, quod Michalicius[3] fidelitate, quam eidem prestiterat imperatori, contempta hominibus eius minime diffidatis et spreto nichilominus iuramento, quod eidem imperatori et E(ustachio)[c] fratri eius[4], cui idem M(ichalicius) filiam suam primogenitam tradiderat in uxorem[5], prestiterat, A(madeum), imperii comestabulum[6], cum militibus et aliis usque centum in dolo capiens quosdam flagellavit ex eis[d], quosdam retrusit in carcerem et quibusdam nequiter interfectis comestabulum ipsum cum tribus aliis et capellano suo, quod est horribile dictu, suspendit in cruce. Hiis autem ad nequitiam postmodum animatus Latinorum fretus potentia, qui cupiditate cecati ad ipsum Micalicium confugerunt, castra eiusdem imperatoris obsedit, villas combuxit et omnes Latinos presbiteros, quos capere potuit, et quendam electum in presulem et etiam confirmatum[e] fecit capitibus detruncari. Preterea Larcharus[f, 7], qui pro imperatore se gerit, stipatus viribus Latinorum, qui postpositis Dei timore ac hominis reverentia, spretis eciam stipendiis,

---

182. [a]) *Auf fol. 40^{r} längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b]) *Bosquet:* ... H. [c]) *Bosquet:* E. .. . [d]) *Migne:* ipsis. [e]) *Am Rande ein Schrägstrich.* [f]) *Bosquet:* Lascharus*; Migne:* Lascarus.

182. [1]) S. Br. XIII 18 Anm. 1.

[2]) S. Br. XIII 13 Anm. 11.

[3]) Michael (I.) Angelos Komnenos Doukas, Herr von Epiros 1205–1215, Verwandter der Kaiser Isaak II. und Alexios III. Angelos, etablierte sich nach der Eroberung Konstantinopels durch die Lateiner in Epiros und eroberte sukzessive Teile Thessaliens und Durrës (1214). Vgl. Nicol, *Despotate*, 11–46; *ODB* 2 (1991) 1362; *LMA* 6 (1993) 600.

[4]) Eustachius von Hennegau, Bruder der Kaiser Balduin und Heinrich, ab 1206 im lateinischen Kaiserreich bezeugt und im Einsatz gegen oder bei den Bulgaren, Theodor Laskaris und bei der Verteidigung von Thessalonike. Zuletzt bezeugt 1217 in Rom. Vgl. Longnon, *Compagnons*, 175–177; *EPLBHC* II (2008) 441; Van Tricht, *Latin Renovatio*, 171, 178f.

[5]) Zur Anerkennung der Oberhoheit Heinrichs durch Michael Doukas und zum Ehevertrag im Sommer 1209 s. Henri de Valenciennes § 693, 694 (ed. Longnon 120f.). Vgl. Prinzing, *Brief*, 424; Hendrickx, *Régestes*, 76, Nr. 107; Nicol, *Despotate*, 28f.; Van Tricht, *Politique*, 232f.

[6]) Amadeus Pofey, s. Br. XIII 101 (102) Anm. 7.

[7]) Theodor I. Laskaris, im April 1204 in Konstantinopel zum byzantinischen Kaiser gewählt, im März/April 1208 in Nikaia vom am 20. März inthronisierten orthodoxen Exil-Patriarchen Michael IV. Autoreianos gekrönt, Gründer des Kaiserreiches von Nikaia, Kaiser bis 1222. Vgl. Gardner, *Lascarids*, bes. 52–115; *BLGS* 4 (1981) 298–300; *ODB* 3 (1991) 2039f.; *LMA* 8 (1997) 627f. Zur Benennung durch Kaiser Heinrich vgl. auch Prinzing, *Brief*, 411 Z. 12–14, 419f.; Van Tricht, *Latin Renovatio*, 357.

que idem imperator ipsis poterat exhibere, ab inimicis eius recepere maiora quam ipse illis valeat erogare, quendam de principibus eius cepit et, ut dicitur, scoriari[g)] fecit eundem[8)]. Quia vero, si Greci recuperarent imperium Romanie, Terre sancte succursum pene penitus impedirent, ne occasione succursus ipsius iterum perderent locum et gentem, cum, et antequam idem imperium a Grecis translatum fuerit ad[h)] Latinos, ipsi a nobis sepe moniti et rogati numquam Terre sancte voluerint subvenire, quin eciam Ysachius imperator ob gratiam Saladini fieri[i)] fecerit in urbe Constantin(opolitana) meskitam[9)], et quia, si possent exterminare Latinos, in apostasie sue vicio forcius perdurarent in odium Latinorum, quos eciam nunc canes appellant[10)], sicque novissimus error fieret peior priore, cum submurmurare non cessent, quod per apostolice sedis ingenium exercitus Latinorum in Constantinopolim declinaverit captivandam, fraternitati tue per apostolica scripta precipiendo[j)] mandamus, quatinus Latinos diligenter moneas et[k)] inducas et eis sub pena excommunicationis iniungas, ne Grecis et[l)] presertim prefato Michalicio, qui faciendo necari presbiteros laqueum excommunicationis incurrit, contra imperatorem predictum vel fideles ipsius auxilium prebeant vel favorem, commonens nichilominus imperatorem eundem, ut ipsis congrua stipendia subministret, ne forte[m)] ad Grecos se[m)] transferre pre inopia compellantur[11)]. Illos autem, qui tua monicione contempta Grecis contra eundem imperatorem et fideles ipsius presumpserint adherere, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescere non postponas ita, quod sententias, quas propter hoc tuleris in eosdem, nullus relaxare presumat, nisi de mandato sedis apostolice speciali[n)].

vgl. Mt 12, 45; Lc 11, 26; 2Pt 2, 20

Datum Lat(erani), VII Idus Decembris, pontificatus nostri anno terciodecimo.

In eundem modum scriptum est archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis universis prelatis Romanie per totum usque captivandam[o)], discretioni vestre * per apostolica scripta mandamus[p)] et cetera in eundem fere modum ut in alia usque compescatis[q)]; ita ut, si qui[r)] propter hoc laqueum excommunicationis incurrerint[s)] et postmodum redierint ad cor offerentes se mandatis ecclesie parituros, auctoritate presencium iuxta formam ecclesie[12)] ipsis absolucionis beneficium impendatis.

* fol. 40v

Datum Lat(erani), VII Idus Decembris, anno tertiodecimo.

[g)] *Bosquet, Migne:* excoriari. [h)] i(n) *durch Unterpungierung getilgt,* ad *am Rande nachgetragen, von verweisender Hand umrahmt.* [i)] *Korr. aus* fierit. [j)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [k)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [l)] *Bosquet:* eo. [m–m)] *Bosquet, Migne:* se ad Graecos. [n)] *Am Rande ein schräger Strich.* [o)] *Bosquet, Migne:* captivandum. *S. oben Z. 11f.* [p)] *Bei Bosquet und Migne folgt:* quatenus. [q)] *S. oben Z. 20.* [r)] *Bosquet:* quid. [s)] *Bosquet, Migne:* incurrerunt.

[8)] Er wurde mit Peter von Bracheux, einem Protagonisten des Kreuzzugs von 1204 und der folgenden Kriegszüge, identifiziert: Vgl. Longnon, *Compagnons*, 91–98, hier 98 mit Anm. 169. Anders Prinzing, *Brief*, 424 mit Anm. 4.

[9)] Dass Kaiser Isaak II. Angelos (1185–1195) als Zeichen guten Willens gegenüber Sultan Saladin (Salah ad-Din Yusuf ibn Ayyub, gest. 1193) eine Moschee in Konstantinopel errichten ließ, bezeugt neben dem vorliegenden Brief noch der Biograph Saladins Abu Sama (Livre des deux Jardins I [*RHC, Orientaux,* IV] 470f.); die Moschee im Viertel von St. Eirene wurde bei Unruhen 1203 niedergebrannt. Vgl. Janin, *Constantinople*, 258.

[10)] Zu diesem Vorwurf vgl. auch Prinzing, *Brief*, 415 Z. 93f., 428f. S. Br. VII 152 Bd. 7 S. 260 Z. 8f.

[11)] Zum Söldnerwesen im Lateinischen Kaiserreich vgl. Prinzing, *Brief*, 416; Van Tricht, *Latin Renovatio*, 142 mit Anm. 170.

[12)] S. Br. XIII 125 (127) Anm. 8.

183 (185).

Innocenz III. trägt dem Bischof (I.) von Selymbria und den Dekanen von St. Maria im Blachernenpalast und St. Georg im Manganenviertel in Konstantinopel auf, das Bistum Medeia, wenn es vakant ist und in der Kirchenprovinz von Verissa liegt, dem Elekten von Verissa wegen der Bedürftigkeit von dessen Erzbistum bis zu einer weiteren päpstlichen Bestimmung zu übertragen.

(Lateran, 1210 Dezember ca. 7).

Reg. Vat. 8, fol. 40^{v} <Nr. 182 *bzw.* 185*>.*

Bosquet 151, Nr. 185 = Baluze II 494, Nr. 185 = Migne, PL, 216, 355, Nr. 185. — Potth. Reg. 4140; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 183, Nr. 113; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 526, Nr. 44.

Salimbriensi episcopo[1] et sancte Marie de Blakerna[2] et sancti Georgii de Mangana[a, 3] decanis, Constantinopolitanis.

Cum[b] ecclesia Verisiensis[4], que metropolitica est predita dignitate, in redditibus sit exilis, ne pre nimia paupertate in ea nomen episcopale vilescat, nobis fuit [humiliter][c] supplicatum, ut Medensem ecclesiam[5] in eius provincia constitutam eidem adiungere dignaremur, cum nondum quisquam eius regimini sit prefectus. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si eam vacare ac de ipsius provincia esse constiterit, curam eiusdem dilecto filio .. Verisiensi[d] electo[6] auctoritate apostolica committatis, ut eam teneat commendatam, donec de illa nos vel successores nostri aliter duxerimus disponendum, ita quod distrahendi[e] vel alienandi quoquomodo possessiones ipsius nullam habeat penitus potestatem; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Quodsi non omnes et cetera, tu ea, frater episcope, cum eorum altero et cetera.

Datum ut in alia per totum.

---

183. [a]) *Bosquet, Migne:* Mangonia. [b]) *Am Rande:* Salimbrien(si) ep(iscop)o et s(an)c(t)e Marie et c(etera). [c]) *So Bosquet und Migne.* [d]) *Bosquet, Migne:* Varisiensi. [e]) distrahandi.

183. [1]) Das lateinische Bistum Selymbria (Silivri, Thrakien, Türkei), Suffr. von Konstantinopel. Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, II 216. Am 15. Dezember 1208 ist ein Amtsinhaber mit der Initiale I. bezeugt: Br. XII 105.

[2]) Zur Kirche s. Br. XIII 19 Anm. 1.

[3]) St. Georg im Manganenviertel in Konstantinopel, seit 1207 als Kollegiatstift mit lateinischem Klerus bezeugt. Vgl. Janin, *Sanctuaires de Byzance*, 172–174; ders., *Géographie*, I/3 70–76, bes. 71f.; Kidonopoulus, *Bauten*, 39–41.

[4]) Verissa, Brysis, ht. Pınarhisar, Thrakien, Türkei. Vgl. Soustal, *Thrakien*, 220f.

[5]) Medeia, Midye, ht. Kıyıköy, Thrakien, Türkei, Suffr. von Herakleia. Vgl. Soustal, *Thrakien*, 221 und ad indicem; Fedalto, *Chiesa latina*, II 149; Wolff, *Organization*, 53; Preiser-Kapeller, *Episkopat*, 70.

[6]) Elekt von Verissa, nachdem der EB. Guarinus 1208 auf den Sitz von Thessalonike postuliert worden war (s. Br. XIII 13), bezeugt bis Juli 1211. Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, II 237.

184 (186).

Innocenz III. trägt dem Bischof (I.) von Selymbria auf, die Aufteilung des Zehnten und Fünfzehnten zwischen dem Patriarchen (Thomas) und dem Klerus von Konstantinopel vorzunehmen, wobei er mit je einem von jeder Partei gewählten Vertreter innerhalb eines Monats, wenn möglich, einen gütlichen Vergleich herbeiführen soll. Andernfalls sollen sie oder, falls sie sich nicht einigen können, zwei von ihnen als Schiedsrichter eine für beide Seiten nützliche Regelung bis zur Ankunft eines päpstlichen Legaten festsetzen.

Lateran, 1210 Dezember 7.

Reg. Vat. 8, fol. 40^{v} <Nr. 183 *bzw.* 186>.
Bosquet 151, Nr. 186 = Baluze II 495, Nr. 186 = Migne, PL, 216, 355, Nr. 186. — Potth. Reg. 4141; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 183, Nr. 114; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 527, Nr. 45.

Salimbriensi episcopo[1)].

Cum clerici pre nimia paupertate[a)] non valeant, sicut dicitur, apud Constantinopolim remanere, nobis fuit humiliter supplicatum, quatinus decimas et quintasdecimas inter venerabilem fratrem nostrum .. Constantinopolitanum patriarcham[2)] et ipsos clericos dividi congrue faceremus, ut de ipsis valeant sustentari[3)]. Quocirca presencium tibi auctoritate mandamus, quatinus duobus tecum assumptis, quorum unus ab eodem patriarcha et alter ab ipsis clericis eligatur, componas una cum illis [super his][b)], si fieri poterit, infra mensem amicabiliter inter eos. Alioquin ex tunc tu et illi usque ad adventum legati, quem ad partes illas in brevi proponimus destinare[4)], super eis auctoritate nostra sublato appellationis obstaculo de plano sine strepitu litis provide arbitremini, quod utrique parti videritis expedire, ita quod, si non omnes potueritis concordare, quod duo vestrum statuerint, robur optineat firmitatis; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Quod si alterutra partium noluerit eligere arbitrum[c)], tu nichilominus cum eo, qui fuerit electus a reliqua, prescripto modo procedas.

Datum Lat(erani), VII Idus Decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

185 (187).

Innocenz III. befiehlt den Bischöfen (Tello) von Palencia und (García) von Burgos und dem Abt (Heidenreich) von Morimond, den Äbtissinnen in den Diözesen Burgos und Palencia zu verbieten, ihre Nonnen zu segnen, deren Beichte zu hören und öffentlich zu predigen.

Lateran, 1210 Dezember 11.

---

184. [a)] paup(er)tate(m); -te(m) *über der Zeile;* paupertate *bei Bosquet und Migne.* [b)] *So Bosquet und Migne.* [c)] *Bosquet, Migne:* arbitrium.

184. [1)] S. Br. XIII 183 (185) Anm. 1.
[2)] S. Br. XIII 18 Anm. 1.
[3)] S. Br. XIII 44.
[4)] Der nächste päpstliche Legat im lateinischen Kaiserreich war der (K.-)B. Pelagius von Albano (s. Br. XIII 45 Anm. 9) im Sommer 1213. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 167f.

Reg. Vat. 8, fol. 40v <Nr. 184 *bzw.* 187*>.*

Bosquet 152, Nr. 187 = Baluze II 495, Nr. 187 = Migne, PL, 216, 356, Nr. 187; Mansilla, Documentación, 473, Nr. 443; Lizoain Garrido, Documentación, 168, Nr. 104; Abajo Martín, Documentación, 249, Nr. 126. — Comp. IV 5. 14. 1; X 5. 38. 10. — Potth. Reg. 4143; Bréquigny, Table chronologique, IV 490.

Palentino[a, 1)] **et Burgensi**[2)] **episcopis et abbati de Morimundo**[3)]**, Cysterciensis ordinis.**

Nova[b)] quedam nuper[c)], de quibus miramur non modicum, nostris sunt auribus intimata, quod abbatisse videlicet in Burgensi[4)] et Palentin(a)[5)] diocesibus constitute moniales proprias benedicunt ipsarumque confessiones criminalium audiunt et legentes Evangelium presumunt publice predicare. Cum igitur id absonum sit pariter et absurdum nec a nobis aliquatenus sustinendum[6)], discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo[d)] mandamus, quatinus, ne id de cetero fiat, auctoritate curetis apostolica firmiter inhibere. Quia, licet beatissima virgo Maria dignior et excellentior fuerit apostolis universis, non[e)] tamen illi sed istis Dominus claves regni celorum commisit.

vgl. Mt 16, 18f.; 18, 18

Datum Lat(erani), III Idus Decembris, anno tertiodecimo.

186 (188).

Innocenz III. trägt dem Grafen (Raimund) von Toulouse auf, gemäß seinen Versprechungen die Häretiker in seinen Ländern auszurotten; andernfalls sollen die Länder der Häretiker an diejenigen fallen, die sie austilgen.

Lateran, 1210 Dezember 17.

Reg. Vat. 8, fol. 40v <Nr. 185 *bzw.* 188*>.*

Dumay 21, Nr. 9; Bosquet 152, Nr. 188 = Baluze II 495, Nr. 188 = Migne, PL, 216, 356, Nr. 188; Villemagne, Bullaire Pierre de Castelnau, 278, Nr. 68. — Potth. Reg. 4149; Bréquigny, Table chronologique, IV 490; Alvira Cabrer, Pedro el Católico, III 1162, Nr. 1100.

---

185. [a)] -a- *vielleicht korr.* [b)] *Am Rande:* De pe(nitentiis) et remis(sionibus) *(X 5. 38. 10).* [c)] nup(er) *über der Zeile.* [d)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [e)] *Über der Zeile.*

185. [1)] S. Br. XIII 58 Anm. 4.

[2)] S. Br. XIII 58 Anm. 1.

[3)] Heidenreich, als Abt von Walkenried (Diöz. Mainz, LKr. Osterode, Niedersachsen) bezeugt 1202, als Abt von Morimond (Primarabtei der Zisterzienser, Diöz. Langres, Com. Parnoy-en-Bassigny, Cant. Bourbonne-les-Bains, Arr. Langres, Dép. Haute-Marne) 1204/1205–1212. Vgl. Dobenecker, *Regesta*, II 227, Nr. 1225; Chauvin, *Abbés*, 392–400; Hucker, *Otto IV.*, 485, Nr. 164 und ad indicem.

[4)] Gemeint sind die Äbtissin (1205–1230 Sancha García) der Zisterzinserinnen-Abtei von Las Huelgas bei Burgos, welche Haupt eines Verbandes von Abteien mit Ausbildung eines Äbtissinnenkapitels nach dem Vorbild der Zisterzienser-Abteien wurde, und die Äbtissinnen der Tochterabteien. Vgl. Felten, *Verbandbildung*, 337, Anm. 248; *DHEE* III 1577.

[5)] Die Abteien Perales und Arroyo des Klosterverbandes lagen in der Diözese Palencia.

[6)] Zur öffentlichen Predigt vgl. *Decretum Gratiani* D. 23 c. 29; C. 33 q. 5 c. 17; De cons. D. 4 c. 20 (Friedberg, *CorpIC*, I 86, 1255, 1367).

Nobili viro comiti Tholosano[a, 1)].

Non[b)] decet tanti[c)] nominis[c)] virum super[d)] iustis promissionibus suis desistere[e)] vel tepere, quin eas sic studiosus adimpleat, prout factas sibi promissiones[f)] desiderat[f)] impleri. Cum igitur de terris tuis hereticos promiseris amovere[2)], miramur[g)] non modicum et dolemus, quod ipsi adhuc in terris eisdem, sicut accepimus, tua faciente negligentia — ne te permittente dixerimus — commorantur. Quia vero preter anime tue periculum, quod ex hoc posses incurrere, grave fame tue[h)] dispendium patereris, nobilitatem tuam rogamus, monemus attentius et hortamur per apostolica tibi[i)] scripta[i)] mandantes, quatinus[j)] exterminare[j)] a terris eisdem hereticos, prout te coram nobis promisisse[k)] recolimus[k, 3)], non postponas. Alioquin exterminatoribus[l)] eorundem terras ipsorum noveris esse concessas divino iudicio possidendas[4)].

Datum Lat(erani), XVI Kal. Ianuarii, anno tertiodecimo.

187 (189).

Innocenz III. trägt S(imon) von Montfort, Grafen von Leicester, auf, den Zins von den Häusern in den Ländern, die den Häretikern abgenommen wurden, für den apostolischen Stuhl einzusammeln und ihn an die Kurie zu senden oder jenen zu übergeben, die ihm der Papst nennen wird.

Lateran, 1210 Dezember 18.

Reg. Vat. 8, fol. 40^{v}–41^{r} <Nr. 186 *bzw.* 189*>.*

Dumay 30, Nr. 13; Bosquet 152, Nr. 189 = Baluze II 495, Nr. 189 = Migne, PL, 216, 357, Nr. 189. — Potth. Reg. 4150; Bréquigny, Table chronologique, IV 490; Molinier, Catalogue, 456, Nr. 41; Bliss, Calendar, I 36; Alvira Cabrer, Pedro el Católico, III 1163, Nr. 1102.

Nobili viro S(imoni), comiti Leicestrie et[a)] domino Mo(nti)sfortis[1)].

Ut[b)] tue nobilitatis devocio, quam expertam habemus in multis, semper[c)] sit nobis[c)] obnoxior, ea tibi duximus committenda, per que nobis et apostolice sedi possis et

---

186. [a)] *Bosquet, Migne:* Tolosano. [b)] *Am Rande mit Bleistift ein Stern.* [c–c)] *Dumay:* tantum. [d)] *Bosquet:* supra. [e)] resist(er)e; desistere *bei Dumay, Bosquet und Migne.* [f–f)] *Dumay, Bosquet, Migne:* desiderat promissiones. [g)] *Am Rande ein Schrägstrich.* [h)] *Migne:* suae. [i–i)] *Dumay:* scripta tibi. [j–j)] *Dumay:* quod excommunicare. [k–k)] *Dumay:* recolimus promisisse. [l)] *Dumay:* excommunicatoribus.

186. [1)] Raimund VI., Graf von Toulouse, Herzog von Narbonne, Markgraf der Provence 1194–1222. Vgl. *LMA* 7 (1995) 411f.; Macé, *Comtes de Toulouse*, 33–36 und ad indicem.

[2)] Die Verpflichtung zur Häretikerbekämpfung findet sich u. a. in den im Juni 1209 in Saint-Gilles ausgestellten Urkunden: s. XII, Processus, Nr. 2 und 4, Bd. 12 S. 145 Z. 6f., S. 149 Z. 3–8.

[3)] Während des Romaufenthaltes des Grafen Raimund im Winter 1209/1210. Vgl. Petri Vallium Sarnaii Hystoria Albigensis, c. 137 (ed. Guébin–Lyon I 140–143); Chanson de la Croisade Albigeoise, c. 40, 42, 43 (ed. Martin-Chabot) I 98, 104/106.

[4)] Vgl. Br. XI 25 (26, 27) Bd. 11 S. 34 Z. 17–20; XI 26 (28) ebd. S. 37 Z. 15–19; XI 27 (29) ebd. S. 38 Z. 14–16; Br. XII 126 Bd. 12 S. 264 Z. 20–22.

187. [a)] *Fehlt bei Dumay, Bosquet und Migne.* [b)] *Am Rande ein Schrägstrich.* [c–c)] *Bosquet, Migne:* nobis sit semper; semper *fehlt bei Dumay.*

187. [1)] S. Br. XIII 86 Anm. 1.

debeas amplius complacere. Ideoque nobilitati tue, de qua plene confidimus, per apostolica scripta mandamus, quatinus[d)], cum fideliorem te non possimus in ipsis [partibus][e)] invenire, istud onus pro nobis assumas, ut censum trium[f)] denariorum[2)], quos de unaquaque domo de terra contra hereticos acquisita sedes apostolica debet recipere annuatim, fideliter colligas et reserves ipsum nobis per fidelem nuncium transmis-
* fol. 41r surus vel assignaturus[g)] eis[g)], quibus * per[h)] nostras litteras[h)] tibi duxerimus iniungendum.

Datum Laterani, XV Kal. Ianuarii, anno tertiodecimo.

188 (190).

Innocenz III. ermahnt den König Ph(ilipp August) von Frankreich, den Bischöfen (Wilhelm) von Auxerre und (Manasses) von Orléans die entzogenen Güter zurückzugeben und sie, sofern sie eines Vergehens gegen ihn schuldig sind, gerecht und milde zu behandeln.

Lateran, 1210 Dezember 16.

Reg. Vat. 8, fol. 41r <Nr. 187 *bzw.* 190*>.*

Dumay 31, Nr. 14; Bosquet 153, Nr. 190 = Baluze II 496, Nr. 190 = Migne, PL, 216, 357, Nr. 190. — Potth. Reg. 4146; Bréquigny, Table chronologique, IV 490.

Ph(ilippo), illustri regi Francorum[1)].

Cum[a)] alii reges et principes raciones et libertates ecclesiasticas persecuntur, nos, fili carissime[b)], te illis obicimus in exemplum, quod eas in regno tuo custodis illevgl. 2Tim 4, 8 sas, propter quod et Dominus iustus iudex te ac regnum tuum hactenus custodivit illesum, quin[c)] eciam magnifice augmentavit nec augmentare ac custodire desistet, quamdiu tu et heredes tui fideliter curaveritis in hoc laudabili proposito permanere, quod et apud Deum est meritorium et apud homines gloriosum. Nam si ad regna vicina pariter[d)] et remota oculos tue consideracionis extendas, manifeste videbis, quam graviter Deus illa contriverit, quorum [principes][e)] raciones et libertates ecclesiasticas infringere presumpserunt. Nuper[f)] autem, quod dolentes referimus, nostris est auribus intimatum, quod tua regalis sublimitas contra venerabiles fratres nostros

---

